DE
HYGROMATIS CYSTICIS CONGENITIS
DEQVE NOVIS QVIBVSDAM EORVNDEM EXEMPLIS QVAE IN COLLO ET IN REGIONE SACRALI OBSERVATA SVNT.

ACCEDIT DESCRIPTIO LIPOMATIS HYDATOIDIS CONGENITI.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AVCTORITATE ET CONSENSV GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

IN ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

AD GRADVM DOCTORIS

MEDICINAE, CHIRVRGIAE ET ARTIS OBSTETRICIAE

RITE ET LEGITIME CAPESSENDVM SCRIPSIT ET VNA CVM THESIBVS

DIE XXVI. M. JVLII MDCCCLII.

PVBLICE DEFENDET

IOSEPHVS GILLES

RHENANVS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT.

I. KOENIG, MED. DR. PR.
E. NOEGGERATH, MED. ET CHIR. DD.
V. SCHILTZ, MED. ET CHIR. DD.

CVM TRIBVS TABVLIS LITHOGRAPHIS.

BONNAE,

TYPIS CAROLI GEORGII.

MDCCCLII.

CAROLO · GVILELMO · WVTZERO

VIRO · IN · PRIMIS . VENERANDO

ARTEM · CHIRVRGICAM

INSIGNI · SVA · DOCTRINA · DECORANTI

AC · RARO · INGENIO · EXERCENTI

D · D · D

VTILISSIMAE . INSTITVTIONIS . ALVMNVS

GRATISSIMVS . ET . PIENTISSIMVS

IOSEPHVS · GILLES

Praefatio.

Primus, quod sciam, *Wernher* [1]) fuit qui ex paucis exemplis in quae et ipse et alii ante
ım inquisiverant, expressam et, quatenus licuit per exemplorum raritatem, universalem quan-
ım hygromatum cysticorum imaginem proposuit. Cuius quidem quaestiones accuratissimae
ıamvis magnos medicae artis in hoc genere progressus demonstrent luculentissime, simul
men, ut ipse fatetur, documento sunt, quantus sit campus disquisitionis reliquus in quem
emodum pathologorum excurrerit. Quare operae fortasse pretium facturus esse videor, si il-
rum tumorum quorum raritas parvo ipso exemplorum numero satis indicatur, nonnulla
feram exempla nova quae in nostro clinico observata nondum in virorum doctorum cogni-
onem pervenerunt. Quae omnino ut ego divulgare possim, factum est tum insigni illa
enevolentia *Wutzeri* cl., praeceptoris doctissimi cuius non possum quin maxima in adiuvan-
is provehendisque studiis meis officia praedicem, tum egregia qua erga me usus est libera-
tate *Kilian* cl. qui item optime de me meritus est.

In hoc autem divulgandi munere simul illud curavi, ut ea circumspicerem quae de hoc
seudoplasmatum genere et nostra et superiore aetate scripta ad historiam eorundem accu-
ıtius enarrandam pertinere viderentur: quamquam illud statim confitendum est, non adeo

1) *A. Wernher*, Die angebornen Kysten-Hygrome und die ihnen verwandten Geschwülste u. s. w. Mit 4 lith. Tafeln. 4to.
essen 1843.

largam mihi materiam quae memoratu digna sit, exortam esse, quantumvis diligenter in pe scrutandis tum veterum tum recentiorum scriptis versatus sim. Quod quidem minime m rum esse potest. Etenim superiora tempora nullum propemodum, ut infra pluribus explicab tur, studium huiusmodi hygromatis tribuerunt, et nostris temporibus unus fere *Wernh* ad hanc quaestionem symbolam dedit memorabilem. His si mea addere ausim, satis habeb si sperare licet fore, ut mea opella qualicunque aliqua saltem utilitas medicae arti con parata sit.

Pars prima.

De historia atque indole hygromatis cystici congeniti.

Quod in praefatione iam diximus, nostro demum tempore de congenito hoc morbo ut propria quadam ac ulari tumorum cysticorum forma quae omnibus sine dubio corporis partibus oriri potest, diligentiores intae sunt quaestiones. Ante *Wernherum* cui quod ad universam exemplorum quae tum innotuerunt traonem comprehensionemque pertinet, primas facile attribuendas esse putavimus, *Wutzer* iam, *Voelkers, Otto, ste, Redenbacher* alii in investiganda hac re curam suam studiumque posuerunt.

Nomen autem „*Hygroma*“ cuius ipsius nullus apud veteres auctores fuisse videtur usus, saeculo demum ime elapso in consuetudinem vertisse verisimile est. Ac *Plenck* [1]) quidem primus videtur hoc nomen *Hyna* usurpasse ad designandos singulares illos tumores cysticos qui liquorem serosum vel lymphaticum conit [2]). Rectissime vero *Wernher* partem secutus illorum scriptorum quorum supra mentionem fecimus, l nomen suscepisse inque consuetudinem introduxisse putandus est, quo proprium quoddam cystium et unilarium et multilocularium genus distingueret.

Quodnam autem veteres huic pseudoplasmati nomen indiderint, definite dicere nequeo quantumvis pro condicione et diligenter et accurate illorum scripta perscrutatus. Sed, quod ante iam memoratum est, um apud superiores reperire potui exemplum quod cum eis de quibus aut *Wernher* egit aut ego pturus sum, omni ex parte congrueret. Extitisse certe antiquis temporibus tales tumores, non est quod in um possit vocari. Sed proprio quo nomine antea illud hygroma appellatum sit, prorsus ignorari videtur llud tantummodo sciri, latere hygromata et comprehensa esse illis nominibus quibus ab antiquis tota tuum familia et genus vocata sint. Videamus quae sint haec nomina apud veteres.

Auctore igitur *Galeno* [3]) unumquemque tumorem veteres nominabant *oedema* (*οἴδημα*), qua significatione *pocratem* quoque ille scribit [4]) omnes vitiosos tumores esse complexum; posteriores autem ab hoc usu ssisse et alia aliis tumoribus nomina imposuisse. Quod si ita est, aliqua certe probabilitatis species adest, o „*Hydatides*“ congenitum de quo nos disserimus morbum insignitum esse: quamquam disertis verbis volo „Hydatides“ haec tantummodo tumorum genera appellata esse invenimus: primum parvos et serosos ores vesiculasque [5]) quae super palpebris cooriri solent, tum pingues [6]) quosdam tumores palpebrarum praecipue riorum, denique Hydatides vocantur omnes illi parvuli tumores quibus sacculi et membranacei et sero- liquorem continentes conformantur quorum inter se non semper eadem magnitudo est quique tum exte-

---

1) *Jos. Jac. Plenck*, Compendium institutionum chirurgicarum. Viennae 1797. p. 369. — *Jos. Jac. Plenck*, Neues Lehrgele von Geschwülsten u. s. w. Aus d. Lat. übersetzt. Dresden u. Leipzig 1776. p. 167.

2) *Boerhaavii* prael. in propr. Inst. §. 711. — *Blasius*, observ. I. §. 5.

3) Commentar. IV. aphorism. 34. Charter. Tom. IX. p. 155.

4) Commentar. V. aphorism. 65. Charter. Tom. IX. p. 239.

5) *Gorraei* definit. med. p. 656. — *Aegineta*, de re med. lib. VI. c. 4.

6) *Galeni* meth. medend. lib. VI. c. 19.

rioribus tum interioribus corporis partibus conspiciuntur [1]). Quoniam autem tam variis tumorum formis idemque cognomen fuisse constat, profecto aliqua veritatis specie opinio nostra commendatur ex qua illa que de quibus nos exponimus hygromata hoc universali nomine antiquos scriptores complexos esse statuit

Magis certe, verum si fateri volumus, ad verisimilitudinem accedit alia suspicio, veteres ad design illa hygromata congenita una ex tribus illis tumorum cysticorum familiis quae apud eos sub nominibus *ceris, steatoma, atheroma* reperiuntur usos esse [2]). *Galenus* [3]) enim dicit: „Frequentissima vero huius sunt tria genera: nempe atheroma, steatoma et meliceris: a similitudine contentarum in tumoribus substa rum sic appellata. Est enim aliud eorum veluti serum aliud veluti mel aliud pulticulae quam atheram cant simile." Omnia autem ait membrana plerumque esse inclusa [4]).

Cum *Galeno* prorsus concinit *Celsus* [5]) de eisdem tumoribus agens cuius verba haec sunt: „Haec nire in qualibet parte corporis possunt. Reliqua certas sedes habent de quibus dicam orsus a capite. In multa variaque tubercula oriuntur: *γάγγλια, μελικηρίδας, ἀθηρώματα* nominant, aliisque etiamnum voca quaedam alii discernunt quibus ego *στεατώματα* quoque adiiciam. Quae quamvis et in cervice et in alis lateribus oriri solent, per se tamen non posui, cum omnia ista mediocres differentias habeant ac neque culo terreant neque diverso genere curentur. Omnia autem ista et ex parvulo incipiunt et diu paullati increscunt et tunica sua includuntur etc."

Simili ratione *Bonetus* et *Petrus de Marchettis* maxime trium tantum illorum tumorum cysticorum tionem faciunt; sed quantumvis multi sunt in enarrandis morborum historiis, nullum tamen exemplum at runt quod certo quodam indicio commotus ut congruum cum tali quodam hygromate congenito proponere sim. Nam quod attinet ad paucos illos colli tumores quos commemorat et ipse *Bonetus* [6]) et *Petrus de chettis* [7]), sane non omni sed sufficiente tamen similitudine cum veris hygromatis carent. Rem autem *tus* [8]) his verbis enarrat. „In nosodochio Argentinensi ubi exenteravimus puerum cuius collo supra ax sinistram ingens tumor accreverat cuius, separato bino involucro cutaneo et proprio, substantia stea verum erat, pondus librarum V civilium, bracchium eiusdem lateris admodum cum manu totum aequalite tumuit, dissectum copiosissimam infra cutem exhibuit pinguedinem, effluente copiosissima aqua ex muscul interstitiis. Omne vero reliquum corpus macies exederat: ascites abdomen." — Idem quod de hoc exe de eis quoque valere videtur quae *Bonetus* nominat strumam et bronchocelen. Quos autem *Petrus de chettis* tumores e genere meliceridis commemorat quorum alter fuit „a parte, ut ipse ait, sub lingua ub ninae sensim per partem dextram etc. etc. [9])" alter vero „prope asperam arteriam et venas iugulares e nas etc. etc. [10])": et hi duo a nostra quaestione seiungendi sunt quippe qui nec sint congeniti nec in ram habitumque hygromatum cysticorum quadrent. Itidem apud *Bartholinum*, *Stalpaertium van der* *Joannem Schenk a Grafenberg*, *Cornelium Trioen* nullum omnino vestigium hygromatum congenitorum dagare licuit. Eadem rerum condicio est apud *Aurelium Severinum* [11]) cui alioquin illud prae c laudi ducendum est, quod multorum morborum aptas atque utiles historias conscripserit. Immo si ad eos ctores qui propius absunt a nostra aetate progrediamur, idem fit, ut prorsus paene exemplis destitua

---

1) *Galenus* dicit in sua ad Aphor. VII. sectione VI. Hippocratis, nomen „Hydatides" cuique vesicae sero impleta buendum esse.

2) *Alb. Halleri* disput. chirurg. select. Tom. V. p. 432. In dissertatione de tumoribus cysticis singularibus [Pr Laurent. Heistero *Friesse*, postquam de tribus illis tumorum cysticorum generibus verba fecit, haec addidit: „Sic veteres et h medici ac chirurgi plerique totum genus tumorum cysticorum se exhausisse crediderunt altumque de aliis servarunt silen

3) *Galeni* meth. medend. lib. XIV. 40.

4) Dictionar. Med. ex Hipp. Aretaeo etc. p. 465.

5) *Celsi* medic. lib. VII. c. 6. 35.

6) *Theoph. Boneti* sepulchretum sive anatomia practica etc. Tom. III. lib. 4. Sect. I. De tumoribus praeter naturam p

7) *Petri de Marchettis* observat. medico-chirurg. rariorum sylloge.

8) L. c. Tom. III. lib. IV. sect. 2. p. 261. obs. IV. §. 1.

9) L. c. Obs. XXXI. p. 58.

10) Ibid. Obs. XXXV. p. 66.

11) *Marc. Aurel. Severinus,* De recondita abscessuum natura libri VIII.

nim *Morgagni* [1]), *Voigtel* [2]) alii auctores quorum scripta optimae notae sunt, nullum auxilium hoc in ge-
e nobis tulerunt. Superiorum igitur aetatum nullis fere, ut videtur, observationibus in hac re adiuvamur,
si cui eiusmodi exemplum occurrerit, alium alio nomine id appellasse probabile est. Hodie autem,
ı tota scientia medica adeo floreat, ut pro sua quidque gravitate anquiratur, nil propemodum omittatur,
huius quoque hygromatis congeniti indole et cognoscenda et illustranda viri docti maiorem curam imposue-
t et sat magnum numerum exemplorum literis mandaverunt; sed tamen de nomine quod *colli* quidem hy-
mati detur aptissime, nondum inter eos convenisse videtur. Etenim *Ebermayer* id appellat tumorem pro-
ım quendam sanguineum, *Wutzer* et *Voelkers* hygroma colli cellulosum, *Otto* strumam cysticam congenitam,
Ammon hygroma colli cysticum, *Droste* hygroma cellulosum cysticum, *Redenbacher* ranulam congenitam.
ım quidem *Redenbacheri* permutationem confusionemque *Wernher* eo refutavit atque removit, quod diagnosti-
horum colli tumorum congenitorum proprietates descripserit. (Quod autem *Wernher* [3]) conquestus est,
m parum certae et accuratae disquisitiones de *ranulae* natura essent institutae, nunc quidem eius deside-
Callisen [4]) et *Haller* [5]) satisfecerint quorum uterque qua decet diligentia in ipso hoc loco versatus sit.)
rnher denique ipse tales tumores nominavit: hygromata cystica colli congenita: quae quidem appellatio
time mihi videtur eorum naturam exprimere.

Inde ab eo tempore quo *Wernher* suas aliorumque de talibus hygromatis quaestiones publici iuris fecit,
a illorum, quod sciam, disertis quidem verbis nulla exhibita et divulgata exempla sunt: quod eo confiden-
mihi videor posse contendere, quo maiore diligentia in perscrutandis omnibus et nostratium et externorum
toto hoc genere scriptis versatus sum. Ne *Hohl* [6]) quidem qui in excellenti suo libro tot tamque varia
npla nuper attulit infantium qui aut deformes aut aegroti aut mortui in lucem editi sunt, nullius tamen
lentiae perspicue mentionem fecit quae ita comparata esset, ut cum hac huius morbi specie apte posset
ferri. Sed singulare quid accidit, illud dico, ut tumor quidam, non nominatus ille hygroma cysticum con-
itum, tale tamen fuisse sine dubio existimandus sit. Tumoris enim exemplum *Mauthner* [7]) in regione sa-
i pueri triduum nati observavit cui ipse nomen *Osteo-cystosarcoma* indidit. Sed quantum ex descriptione
t augurari, sive *Mauthner* inepta appellatione usus est, quod quidem verisimillimum esse videtur, sive
ıram illius tumoris parum perspexit: illud quod dixit Osteo-cystosarcoma, nihil aliud nisi hygroma cysti-
ı congenitum fuisse mihi persuasum est. Singula autem argumenta quibus haec mea de huius exempli in-
sententia confirmetur, infra afferam. Verum enimvero incertus haereo, num recte possit huc referri ali-
d hygroma quod *Busse* [8]) commemoravit quodque ille in sinistra colli parte inter sternocleidomastoideum
aryngem a quo ipso minimo spatio distabat, invenit. *a Graefe* autem, facta operatione, hunc tumorem removit;
ex morbi historia non intelligitur, num fuerit hygroma *congenitum.* Promissae vero novorum omnium
mplorum collectionis munus monere videtur, ne hic silentio praetermittatur commentatio cuius summarium
er in *Schmidtii Annalibus* legi. *Hubbauer* [9]) enim Ludovicoburgensis factitanti suam sibi artem obve-
e scribit strumam cysticam colli congenitam eamque prae se tulisse speciem mollis variisque locis fluctuan-
tumoris in sinistro collo pueri neonati alioquin robusti ac bene conformati; infantis capite eam sesqui
sse maiorem, eiusdemque basim iam a dextra colli parte incipientem sursum ad aurem sinistram, deorsum
totam superiorem sinistri colli dimidiam partem exporrectam fuisse. Qui tumor speciatim exiens a sinistro

---

1) *J. Bapt. Morgagni,* De sedibus et causis morborum etc.
2) *F. G. Voigtel,* Handbuch der patholog. Anatomie. Halle 1804.
3) L. c. p. 51 ff.
4) *A. G. Ch. Callisen,* De cystide sub lingua quum hydropica tum hygromatica, quam ranulam vocant. Dissert. inaug. naviae 1845.
5) *Alb. Haller*, Ueber Froschgeschwulst. Deutsche Klinik. Jahrg. 1851. No. 21. p. 219 ff.
6) *A. Fr. Hohl*, Die Geburten missgestalteter, kranker und todter Kinder. Halle 1850.
7) Cf. Archiv für physiol. Heilkunde v. Vierordt, Stuttg. 1852. 11. Jahrg. 1. Heft, p. 141.
8) *M. Hager*, Die Geschwülste. Wien 1842. Bd. I. p. 555.
9) *Schmidt's* Jahrbücher Bd. 72. Jahrg. 1851. No. II. p. 216. Aus: Würtemberger Zeitschrift für Chirurgie und Geılskunde. Jahrg. 1851.

lobo glandulae thyreoideae singulis quibusque cystibus continebat magnam copiam seri candide subflaveq colorati. Ipsas inter cystes quaedam fuit materia mollis et pulticulae similis. Quodsi vero hic tumor re vera fu *struma cystica colli congenita*, saue hanc ipsam ob caussam nec numero exemplorum additur novum neque i huius scriptionis finem spectat; sed tamen exemplum illud huc apponentes satis iure nostro agere nobis vi sumus eo praesertim, quod struma illa congenita caussa fuit, cur puerpera quae undecies antea sine ul molestia pepererat, vice duodecima partum parum facile ediderit. Praeter hoc autem exemplum nulli ali quod sciam, colli tumores innotuerunt qui mulierem impedierint, quominus commode enixa sit: nisi for ratio habenda est tumoris cuiusdam magni ac duri cuius mentionem fecit *Henke* [1]). Sed huius talis er condicio, ut non modo collum occuparet, sed etiam, id quod magni momenti est, in toto pectore versaret ac re vera, etsi foetus maturus erat, non magnus ille quidem, pariendi negotio aliquatenus obfuit.

Hygromata autem congenita *Wernher* recte videtur contendere omnibus corporis partibus et interioi bus et exterioribus posse oriri; sed tamen quae adhuc institutae sunt observationes satis demonstrant, interioi bus hygromatis mollia praecipue, spongiosa et parenchymatosa organa [2]) affecta esse, cum exteriorum condicio obtinere videatur, ut certis insidere soleant corporis locis hisce: primum anteriori colli parti ib demque maxillae inferioris utrique inferiori praesertim margini inde ab utravis aure ad laryngem usq tum regioni cervicali deorsum de parte squamosa occipitis ad ultimas colli vertebras usque; quin etiam res ad extremum venit, dextrorsum sinistrorsumve ad carotides et acromia; deinde regioni axillari totiq antibrachio, pectori ac dorso; denique infimo trunco et regioni sacrali perinealique [3]).

Quod autem observatum esse dicitur atque exemplis confirmatum, hygromata congenita magis ad sexu femineum inclinare, id ad certam quandam speciem si *non* spectas, recte se habere videtur; quae eadem eti *Wernheri* [4]) sententia est. Nam si hygromata cystica colli anterioris excipiuntur quorum maior nunc n merus, additis duobus illis exemplis de quibus ego scripturus sum, sexui virili adiudicandus est, in univ sum maior feminei sexus ad reliquos eiusmodi tumores statuenda est proclivitas [5]). Utrum vero in dext saepius an in sinistro corpore conspiciantur, definire nequeo. Ceterum tacere nolo, infantes illos de quib agam, in sinistro hoc pseudoplasma habuisse.

Ad cognoscendam autem horum similiumque pseudoplasmatum totam indolem, anatomicam structura aetiologiam, pathologiam, diagnosim, prognosim, therapiam prae aliis omnibus cuicumque viam facile pa facient libri praestantissimi quos de singulis his rebus conscripserunt:

Meckel [6]), *J. Müller* [7]), *Rokitansky* [8]), *J. Vogel* [9]), *Schuh* [10]), *ab Ammon* [11]), *Hager* [12]), *Caesar Ha kins* [13]), *Wernher* [14]), *Hohl* [15]). Speciatim quod ad therapiam pertinet, cum non una eademque ratio om bus probetur, potius multa dissensio adsit, quoniam alii nil volunt suscipi alii pressum adhiberi alii deni aut setaceorum aut ligaturae aut punctionis aut incisionis usum praescribunt: omnibus his curandi viis ali

---

1) Diss. inaugural., De tumoribus foetuum cysticis. Halae, 1819.

2) L. c. p. 3.

3) L. c. p. 2.

4) L. c. p. 35.

5) Ibid. p. 7

6) *J. F. Meckel*, Handbuch der pathologischen Anatomie. Leipzig 1816. Bd. I. p. 356—380. II. Bdes. 2. Abth. p.

7) *J. Müller*, Ueber den feinern Bau und die Formen der krankhaften Geschwülste. Berlin 1838.

8) *C. Rokitansky*, Handbuch der pathologischen Anatomie. Wien, 1846. Bd. I. p. 307.

9) *J. Vogel*, Pathologische Anatomie des menschlichen Körpers. Leipzig 1845. I. Abtheilung. p. 206 u. ff.

10) *F. Schuh*, Ueber die Erkenntniss der Pseudoplasmen. Wien, 1851. p. 144.

11) *F. A. v. Ammon*, Die angebornen chirurgischen Krankheiten des Menschen in Abbildungen u. s. w. Berlin 1842. p.

12) L. c. t. I.

13) *F. J. Behrend*, Die chirurgische Praxis in einer Reihenfolge der ausgezeichnetsten Abhandlungen und Vorlesun der berühmtesten Wundärzte Englands und Frankreichs. (Brodie, Cooper, Ch. Bell, Hawkins u. s. w.) Leipzig 1847. Bd. I. p. 438 u. ff. p. 476.

14) L. c.

15) L. c.

ethodum *acupuncturam* sive potius quae magis se commendat *electropuncturam* adiicere audeo. Hanc tionem si minus per se iam probabilem, tamen ne prorsus ineptam haberem neve statim repudiarem, eo mmotus sum, quod *Costetti* [1]) (Bull. di Bologna Octob. 1845) tumorem a se scribit acupunctura curatum se. Haec autem, illo auctore, bona spe usurpatur in tumoribus qui vel sanguinem vel lympham aliumve n nimis corruptum liquorem continent aut qui maximam partem ex vasis sanguiferis constant. Quod si ita t, nulla certe ratio obesse videtur cur in hygromatis congenitis acupunctura vel quae et maiorem vim et litatem habere videtur electropunctura adhibeatur. Sed ut in aliis sic hic quoque diuturnus usus testis it locupletissimus. Equidem proposuisse hanc viam satis habeo.

Pars secunda.

De novis quibusdam hygromatis cysticis colli congenitis.

Transit nunc nostra disputatio ad alteram huius commentationis partem quae est de nonnullis hygro- atis cysticis *colli* congenitis.

Auctores igitur qui disertis verbis se dicunt colli tumores inspexisse quique suas de eisdem observa- nes literis tradiderunt, hi sunt: *Caesar Hawkins* [2]), *Ebermayer* [3]), *Völkers* [4]), *Wutzer* [5]), *Otto* [6]), *delmann* [7]), *ab Ammon* [8]), *Redenbacher* [9]), *Pole* [10]), *Nicot d'Arbent* [11]), *Droste* [12]), quique omnes ob- rvationes comprehendit suasque novas addidit *Wernher* [13]).

Quoniam quae ibi enumerantur exempla perpauca tantum sunt nec, ut supra iam diximus, post *Wern- rum* nova proposita sunt, facile intelligitur, non esse hunc morbum e numero eorum quorum in observa- one et curatione medicis saepe versandum sit. Quod cum ita se habeat, eo magis chirurgico quod hic est mque obstetricio clinico recte videmur gratulari, ut quibus tria oblata sint rari illius hygromatis exempla ae paucissimis adhuc notis iure meritoque queant adiici: quorum duo imagines hygromatum colli praebentia, terum simplex hygroma cysticum, alterum vero compositum quoddam cystoidum *(Joh. Müller)* propterea ne memorabile ac rarum, quod in singulis cystibus dentes ossiumque particulae formabantur, *Wutzero* cla- ssimo inque talibus duci optimo ac certissimo occurrerunt; tertium nescio utrum ideo memorabilius, quod l partum edendum magni momenti fuerit, an quod in *regione sacrali* locum habuerit, a *Kiliano* qui haud inus disciplinae suae decori est, observatum est. Tribus his exemplis si quartum addiderim, non vere illud *ygroma cysticum* sed *lipoma hydatoides congenitum*, satis tamen eo excusatus videor, quod magna inter hoc vera illa hygromata intercedit cognatio, et ea praesertim proprietate illud insigne fuit, quod in medio dorso tum erat.

---

1) *Schmidt's* Jahrbücher etc. Jahrg. 1846. Bd. 52. p. 63.

2) On a peculiar form of congenital tumor of the Neck by C. Hawkins. Med.-chirurgical transactions. London, 1839.

3) *Casper*, Wochenschrift f. d. gesammte Heilkunde 1836. Eigenthümliche Blutgeschwulst am Halse eines Neugebor- en. 1836. No. 1.

4) Ibid. Hygroma cellulosum am Halse eines Neugebornen. 1837. No. 44.

5) Ibid. Hygroma cellulosum am Halse eines Neugebornen. 1836. No. 17.

6) *Otto*, monstrorum sexcentorum descriptio anatomica. Vratislaviae. 1841. No. 585.

7) *v. Ammon*, Die angebornen chirurgischen Krankheiten der Menschen. Berlin. 1842.

8) Ibid.

9) Dissertatio inauguralis medica de ranula sub lingua speciali cum casu congenito. Monachi 1828.

10) Memoirs of the medical society of London. Vol. III.

11) Bulletin de thérapie. T. XIX. p. 54.

12) Hygroma celluloso-cysticum am Halse eines Neugebornen. *Holscher*, Hannoversche Annalen. 1839. p. 295.

13) L. c. p. 3.

Casus primus.

(vid. Tab. I.)

Andreas Dryling Meckenhemensis natus erat parvo affectus colli tumore qui tanta in dies celeritate accrevit, ut die octavo mensis Januarii cum puer in clinicum receptus est, totam dimidiam colli sinistri partem basimque sinistrae maxillae inferioris cooperiret. Tactu fuit mollis et elasticus evidentesque praebuit fluctuationes. Praeterea sulcus transversus indicio esse videbatur, pariete uno pluribusve cavitatem discindi. Cuncta haec una cum adessent, dubium esse non potuit, quin recte hic statueretur *hygroma cysticum colli congenitum.*

Quoniam vero, ut modo diximus, tanta erat augendi velocitas, nihil reliquum videbatur quam ut remora fieret operatione. Quam quidem operationem in qua assistentium munus functi sunt Dr. O. *Fischer*, *J. H. Schaeffer*, *Zens* alii, die nono eiusd. ita instituit cl. *Wutzer*, ut usurparet punctionem quippe minus gravem, simul illud spectans, hanc ut punctionem si sola fortasse sufficientem inflammationem adhaesivam non efficeret, ad eandem provocandam iniectiones sequerentur. Postquam autem novem unciarum fluidum quod maximam albuminis copiam continebat punctione evacuatum est, tria varie coloratorum filorum setacea per basim hygromatis perducta super vacuo sacco colligata sunt. Puer sat facile et quiete hanc operationem perpessus est.

In fluidi ipsius quod tumori inerat naturam accuratissime inquisivit qui chemicam hic docet *Bergemann* vir humanissimus et doctissimus. Secretione instituta, responsum ille dedit hoc:

„Die Flüssigkeit hatte eine dunkelweingelbe Farbe, einen schwachen faden Geruch und schäumte stark beim Schütteln; nur wenige sich bald absetzende Flocken trübten sie im frischen Zustande, nach der Entfernung derselben erschien sie ganz klar und durchsichtig; die specifische Schwere war = 1,034. Gegen die Pigmente zeigte sie eine starke alkalische Reaction, welche allein durch kohlensaures Natrum hervorgebracht wurde; freies oder an Säure gebundenes Ammoniak war in der Flüssigkeit nicht vorhanden. Beim Erhitzen gerann die ganze Masse und nahm eine solche Consistenz an, dass die Gefässe umgewendet werden konnten, ohne etwas abfliessen zu lassen.

„Bei der *qualitativen* Untersuchung zeigte sich Eiweiss als Haupt- und charakterisirender Bestandtheil. Derselbe wurde durch alle diejenigen Reagentien erkannt, welche für die Bestimmung desselben entscheidend sind, wie durch Alkohol, Galläpfeltinktur, Salpetersäure, Auflösung von Alaun, Quecksilbersublimat u. s. w. Aetzende und kohlensaure Alkalien brachten keinen Niederschlag hervor. Eine geringe Menge Fett war in der Flüssigkeit ebenfalls vorhanden und konnte durch Behandlung derselben mit Aether abgeschieden werden, nachdem die Flüssigkeit eingedampft und das Eiweiss zerrieben war. Der abgenommene Aether wurde verdunstet und die letzten Antheile desselben in ein Uhrglas gebracht, worin sich die weisse und sehr fettige Masse, jedoch in so unbedeutender Menge absetzte, dass weiter keine Versuche mit derselben angestellt werden konnten.

„Zur Prüfung auf andere organische Körper wurde ein Theil der Flüssigkeit mit vielem destillirten Wasser verdünnt und bis zum Sieden erhitzt, wobei Eiweissflocken sich in Menge absetzten; diese wurden abfiltrirt und die Flüssigkeit weiter eingedampft, indem das später geronnene Eiweiss ebenfalls durch wiederholte Filtration getrennt wurde. Der zuletzt hinterbleibende Rückstand war von extractiver Beschaffenheit und in Wasser vollständig löslich; krystallisirte Salze zeigten sich in Menge darin und im Allgemeinen stimmte die Masse in ihrem Verhalten mit dem des Fleischextractes überein. Ein Theil der Auflösung desselben wurde zu Versuchen auf die Anwesenheit anderer organischer Materien benutzt, ohne dass jedoch dergleichen zu entdecken gewesen wären, der Rückstand dagegen zur Ermittlung der Salze: diese bestanden aus kohlensaurem Natrum, Chlornatrium mit wenigem Chlorkalium, milchsaurem und phosphorsaurem Alka[li]

„Zur Bestimmung des *quantitativen* Verhältnisses dieser Bestandtheile wurde die Flüssigkeit unter den nöthigen Vorsichtsmaassregeln in einer Porzellanschale im Wasserbade bis zur Trockne verdampft, der Rückstand zu Pulver gerieben, mit kochendem Wasser gehörig extrahirt und das hinterbleibende Eiweiss bestimmt. Die erhaltene wässrige Auflösung wurde ebenfalls zur Trockne eingedampft, der Rückstand m

lkohol wiederholt behandelt und von dem in diesem Unlöslichen getrennt. Nach dem Verdunsten der geiigen Flüssigkeit hinterblieb eine leicht feucht werdende bräunliche Masse, aus welcher Chlornatrium und hlorkalium geschieden wurden. Der nach der Bestimmung derselben hinterbleibende Rückstand wurde weir nicht zerlegt und bestand aus milchsaurem Natrum und Fleischextract; ihr Gewicht wurde nach scharfem rocknen bestimmt.

„Das in Alkohol Unlösliche reagirte alkalisch; es wurde durch Wasser bis auf einen sehr geringen Rückand aufgenommen; die Auflösung wurde so lange mit Essigsäure versetzt, als ein Aufbrausen entstand, nn wieder eingedampft und von Neuem mit Alkohol behandelt, welches essigsaures Natrum auszog, was ich Verdampfung des Alkohols durch Glühhitze zum kohlensauren Salze umgewandelt wurde; der in Waser unlösliche Rückstand bestand aus wenig phosphorsaurem Natrum, verbunden mit einer eiweissfarbigen aterie, und wurde zur Bestimmung des Gewichts bis zur staubigen Trockne eingedampft. Das quantitative erhältniss der Zusammensetzung war:

Eiweiss	11,35
Chlornatrium mit wenig Chlorkalium	1,57
kohlensaures Natrum	0,83
milchsaures Natrum und Fleischextract	0,54
phosphorsaures Natrum verbunden mit Eiweiss . .	0,37
Wasser	85,10
Fett eine Spur	
	99,76.

„Aus dieser Untersuchung folgt, dass der Inhalt der Geschwulst in seiner ganzen qualitativen Beschaffeneit mit der des Blutwassers übereinkommt, die aufgelösten Körper aber, besonders das Eiweiss, in einem oncentrirten Zustande enthält."

Neque ineptum neque inutile putavi totam hanc de cystium substantiis disquisitionem plene hic proferre: im quod tales quidem analyses omnino paucissimae factae sunt, tum vero quod duae tantum adhuc exstiteint, *Redenbacheri* dico et *Himlyi* [1]), quibus unicis accuratae diligentiae laus potest attribui. Horum utrique lem fere evasit quod *Bergemanno.* Summopere vero dolendum est, quod nulladum disquisitio microscopica uscepta est.

Sed in enarranda morbi historia progrediendum est. — Totum per diem puer quietus fuit datamque iammam matris excepit, spiritum sine ulla molestia duxit moderateque caluit ad mediam usque noctem qua ebris vulneraria gliscere inchoavit. Mane, sequente die, nulla fere hygromatis commutatio conspecta est isi quod subligata pars turgidula fuit paulloque calidior. Puer ipse mammam excepit, hilaris fuit febrique ulneraria nondum videbatur affectus. Praescripta est Aqu. saturnina ad cataplasmata tepida. — Vespere otamque per noctem quae undecimam diem Ianuarii insecuta est, febris vis accrevit, puer continuo vagivit, on dormivit, non suxit; interdum laboravit convulsionibus manuum pedumque quas oculorum distortio comiata est; pupilla tum dilatata normaliter tum coarctata sed semper immobilis. Hygroma ubicumque inflamiatum dolorem movit et quamvis adessent setacea, rursus tamen liquore impletum est. Remotis qui tumorem onstrinxerunt filis, ut inflammatio temperaretur, linteum carptum impositum est glacie refrigeratum. Febrim utem semper comitatae sunt illae quae interdum acciderunt convulsiones spasticae, insomnia et inquies. — 2/1. Per noctem ad meridiem usque iterum tumor aeque erat impletus atque ante operationem. Tumor rubicunulus, tensus paullulum nec ita elasticus ut ante operationem, valde doluit. Cereorum lumen penetrare eum on potuit. Denuo acciderunt convulsiones. Rarius sugere puer voluit. Aqua ei data est saccharo mixta espereque balneum lacteum. — 13/1. Usus hoc balneo adeo puer bene se habuit, mox ut quiete dormiret, saepe ugeret, raro clamaret, convulsionibus vacaret. Nec febris nimia fuit et circa meridiem prorsus desiit. 'umor minus caluit. Ubi advesperavit, tussicula incidit atque, onere pressuque tumoris in laryngem facto,

1) *Wernher*, l. c. p. 31 u. 32.

angustior spiritus minus facile duci potuit. Tum destitum est a cataplasmatis glacialibus. — 14/1. Somn nonnunquam interruptus. Sitis vehemens. Tumoris qui maior factus est quam fuit ante operationem part magis inter se cohaerent, ut non iam bipartitus esse videatur. Quo loco subligatio fuerat, rubidior nu tumor. Duobus ex vulnusculis pungendo inflictis specilloque paullulum dilatatis limpidae nonnullae et viscos guttae emanarunt. Vespere balneum lacteum. — 16/1. In universum bona puer usus est condicione. Tumor m ior factus in sinistra sua parte sub mentum exporrectus est. Nil fluidi emanavit. Tumor loco infimo rubid tactuque ibi valde dolorem excitans in coni speciem paullulum detruncatus est formationi abscessus cuiusd consimilis. — Aqua plumbica, balneum lacteum. — 17/1. Nocte praeterita puer multum dormivit, saepe sux Cum tumor, quotiescunque mater mammae puerum admovebat, premeretur, ex duobus illis vulneribus sensi effluxit liquor quantum duo cochlearia continent, subflavus ille fusculusque, viscosus guttisque limpidis pe mistus. Per diem tantum emanavit quantum cochlear fere complet. Puer solito quietior sed idem lang dus. Facies pallida, pulsus acceleratus, parvus, mollis, vix sensibilis. Aqua plumbica diutius non adhibit Nutrimentum praescriptum est ius carnis vitello permistum perque theae cochlearia totum diem datum. Balne vespere ex vitulinis pedibus confectum. — 18/1. Per noctem denuo tantum liquoris effluxit quantum duob cochlearibus continetur. Praeterea nulla permutatio; cura eadem. — 19/1. Diu noctuque perenne effluvi sed liquor subflavus subcandidusque et purulentus. Tumoris manifesto imminuti membrana in infimo lo corrugatur. Sensibilitas parva est, quare lenis pressus facile toleratur. Cura eadem quae 17/1. adhibi fuerat. — 20/1. Tantum purulenti illius liquoris effluxit quanti duo fere cochlearia capacia sunt. Catapla matum usus. — 21/1. Puer omnino bene se habet. Somnus eius quietus. Facies hilaris. Nullum effluviu — 22/1. et 23/1. Brevi redintegratur effluvium. Cataplasmata non tolerantur. Cura eadem. Mater ut ant multa carne oleribusque vescitur. — 24/1. Pauculum effluvium. Tumor parte superiore collapsus; basis ei dem manifesto liquore impleta est tactuque elastica. Tussicula increvit. Matris quoque, qua antea int dum laboraverat tussis denuo coorta est. Praeter curam eandem in pueri usum praescripta haec sunt: Fl Sambuci ℥jj, succ. Liquirit. ʒβ, vini stibiat. ℈j: quae medicamenta binis horis per theae cochlearia da sunt. — 25/1. Per noctem puer inquietus fuit. Tussi valde vexatus mammam excipere noluit. Haud mult liquoris emanavit. Cura eadem. — 26/1. Somnus inquietus, effluvium nullum, quare tumor paullo astricti totoque in ambitu sensibilior fuit. Pueri abdomen tumefactum nec tamen durum; diarrhoea, vomitus int dum. Horis pomeridianis vespertinisque symptomata cerebralia inciderunt haec: Distortio oculorum, spasm dicae labiorum contractiones, manuum convulsiones. Somnus inquietissimus, puer vagivit uno fere tenore. Prim luce diei 27. eiusd. pueri paullatim quietioris respiratio brevior, color pallidus; sudor toto corpore. Co dicio haec postquam unam per horam duravit, puer hora septima matutina mortuus est.

Sectio 24 post horis facta. Situs dorsalis. Temperatura +3° R.

Cavitas cranii. Venae in pia matre turgidae. Arachnoidea nil abnorme praebuit. Ventriculi terales et ventriculus tertius limpido ac seroso liquore impleti. Eiusdem liquoris etiam in canali spinali magna copia.

Hygroma in crucis formam diffissum habuit parietes quorum crassitudo 11—12‴. Ipsi ex materia qu dam plastica per tabulata constrata formati fuerunt. Interior cavitatis paries materia quadam vestita f cuius natura ad membranam mucosam accessit. Cavitas ipsa cuius magnitudo fuit parvi ovi gallini, pu flavo impleta. Inter hanc aliamque parvam cavitatem quae nucis magnitudine fuit, per angustum canal exstitit communicatio.

Cavitas thoracis. Omnia organa sana nisi quod aliquid seri in cavitate pleurae collectum.

Cavitas abdominis. Intestinorum tenuium superficies ad prelum abdominale conversa rubicunda, p ctata; eadem condicio anterioris ventriculi qui volsella prehensus, discissus cuiusque membrana mucosa pultis speciem adeo emollita fuit, ut cultelli ansa facile a tunica musculari detereretur.

Facile ex hoc eventu intelligitur, quam recte cl. *Wutzer* anno 1836 cum de alio quodam hyg mate colli dissereret, iudicaverit, nonnisi summo vitae discrimine in tanta infantium teneritate, pr sertim in hygromatis quibus cystes multiloculares insint, operationem posse institui. Quantumvis en circumspecta, cauta providaque fuerit cura, id quod ex morbi illa historia, ut mihi videtur, sat conspicit omnibus tamen invitis, inflammatio in punctato sacco e quo serum emittere non neglectum est, in dies in-

t; quod in eodem secretum erat pus, saniosam brevi naturam induit. Resorptus hic liquor caussa fuit, cur is aegroti condicio oriretur, quali puer sat robustus vigesimo post operationem die necessario succubuit. —

Itaque hoc quoque exemplum documento est, in aetate tam tenera salutem operatione non quaerendam e, curam potius sperandam a sola ipsa natura quippe quae bonum exitum alias in hoc genere nonnunım effecerit. Ipso hoc loco *Wernher* [1]) aliter sentit utpote qui, teste libro suo tam saepe laudato, natui quidem tali viae curandi non adeo fovere videatur. Vitio enim vertit *Ebermayero Wutzeroque*, quod ram se ipsis interire aegrotos alimentorum inopia ac respirationis difficultate, quam extremum quodque eriendo auxilium quaerere maluerint. Quare a *Wutzero* inprimis qui in hygromatis multilocularibus ab rativo quodam conamine dehortetur (neque tamen, quod *Wernher* eum dixisse fecit, talem omnino veta-), prorsus dissentit. Quodsi *Wernhero* illos peccasse probatum sectione est quae sat bonam salutis m praebuerit, hoc mirum sane videtur. Quo tandem modo quispiam qui suis sat aptis caussis commotus rationem fugit, ideo culpam contraxisse potest, quod sectio postea instituta non omnem boni exitus spem ioverit? Tantum sane sectioni recte non tribuitur; etenim haec operationem omnino haud ineptam fuisse et nonnunquam post mortem, sed ad instituendam eam nullius antea momenti esse potest. Praeterea ıdquaquam antea scitur certissime, num infans quilibet inflammationem sive maiorem sive minorem quae rationem consequitur, facile sit perpessurus: nempe ex hac re vita infantis pendet. *Wutzer* autem ipse, anno 1839 illud ei traditum est exemplum quod supra memoravi quodque cum omnino tum quatenus andi probabilitas e sectione conspiciebatur, plane congruum fuit illi *Ebermayeri* exemplo, operatione ilium petivit; sed frustrata opera est. At curam illam accurate descriptam artisque legibus institutam nemo, ıor, improbabit. Quapropter culpa quam in *Wutzerum Wernher* contulit, omnino ille carere putandus , quare hac quidem in re iurandum mihi videtur in mei verba magistri quae diuturno eius varioque nitantur.

Sed operationem fac omnino satis posse probari eamque quempiam suscipere malle quam omnem in sola ura ponere confidentiam: illud sane videtur optimum, ut statim et quam primum fiat: tum dico cum nulım virium puerilium imminutio incidit, ac nulla deglutitionis et respirationis impeditione infans infirmatus um prorsus confectus est. Operationem autem quae neglecto hoc tempore opportuno (dum omnino sit tale uod momentum) suscipiatur, mortem adducere certissimam et inevitabilem, mihi quidem persuasissimum Num forte contritae vires aptae erunt ad sustinendam hanc operationem omnes tenelli corporis diciones disturbantem quam ne integrae quidem vires quot quantaeque fuerunt facile passae sunt? fecto, natura auxilium abnegante, tum si non nulla, certe quam minima spes est curandi cultro adhibito: ımquam, (quod unicuique notum est) qui propter virium robur sat facile videntur sustinere posse operatio-ı, tamen saepiuscule ad exitum perveniunt propter exspectationem minus feliciorem, quam ei quorum innitas metum queat iniicere chirurgico.

Quodsi autem illud hygroma quod ut casum primum plene descripsimus, simplex cystis recte possit aplari quae, auctore *Rokitanskyo* [2]) aut singulae aut binae pluresve catervatim inveniuntur mutuo inter se iunctae: iure videtur ille casus quem secundo loco tractare in animo est, *cystis composita* sive *cystoi-* *compositum (Joh. Müller)* nominari. Haec enim altera species hac insignita est proprietate, ut trans-n faciat a simplicibus tumoribus cysticis ad cystes procreandi quasi quadam facultate praeditas quibus gna varietas pathologicarum formationum novarum continetur, velut capilli, adiposae materiae, irregues vel membranarum vel cartilaginum ossiumve particulae, praeterea dentes, definitae etiam, si imaginaıi aliquid indulgeas, quorundam ossium partes sat manifestae. Sed qui se amplius vult edoceri, largam his tumoribus materiam inveniet in *Rokitanskyi* [3]) et *Vogelii* [4]) libris, ubi omnes fere his de pseudosmatis sententiae exhibitae sunt. Unum illud affero, congenitos illos tumores cysticos quibus insunt vel

1) L. c. pag. 83.
2) L. c. I. Bd. p. 309.
3) L. c. I. Bd. pag. 310. sqq.
4) L. c. p. 218 ff.

irregularia ossium fragmenta vel materiae quaedam sarcomatosae vel serosae cystes hic illic inspersae, i sacrali saepissime regione observatos esse: quamquam alias quoque ac speciatim, id quod valde memorabil est, in maxillis locum eos habuisse non desunt testimonia. *Celsus* [1]) iam cum in collo scribat et in capite m licerides et atheromata dentibus ossibusve impleta nonnumquam inveniri, talium tumorum sine dubio hau ignarus fuit. *Wernher* [2]) pro sua in talibus diligentia, quae innotuerunt tum temporis exempla enumera et accurate pleneque tractavit. Praeter *Vogelium* igitur et *Rokitanskyum Wernher* dux est optimus c *Caesar Hawkins* [3]) merito accensetur.

Cum vero unius exempli *Wernher* mentionem nullam fecerit eo fortasse commotus, quod reapse aliqu tenus illud alienum est a ratione hygromatum cysticorum, tamen idem hoc loco apte videtur commemora Est autem in libro qui inscribitur: *Histoire de l'Académie royale des sciences, année 1754. Pari 1759. pag. 62.*

„Une femme agée de trente-deux ans, grosse de son huitième enfant, accoucha à terme le 28. Décen bre 1753, d'une fille ayant une tumeur ronde deux fois grosse comme la tête même de cet enfant, et a hérente à son col. La Sage-femme qui l'accoucha, fut extrêmement surprise lorsqu'elle sentit la résistan qui arrêtait l'enfant au passage. Les efforts qu'elle fit pour achever l'opération, crevèrent la tumeur; il sortit beaucoup de sang, et quelques morceaux d'une matière cartilagineuse dans les uns et osseuse dans l autres; et la tumeur étant alors affaissée, l'enfant sortit avec facilité, et mourut environ une heure et dem après, épuisé probablement par la perte du sang que l'ouverture de la tumeur avait occasionnée.

„M. Joube, à qui ce petit cadavre fut remis, examina la tumeur, et pour en connaître mieux l'étend il la remplit de crin; elle était en cet état longue de 9 pouces d'un bout à l'autre, et en avait vingt se de circonférence.

„Les parois en étaient formées par un prolongement de la peau, ayant à un endroit de sa surface d poils aussi longs que les cheveux de l'enfant; le fond, qui était aussi la partie la plus large de la tume paraissait avoir été rempli du sang qui s'en était écoulé. Vers le milieu de cette poche étaient des os f més, dont l'assemblage, quoiqu' irrégulier, présentait la figure d'une base de crâne mal conformée: en dans l'endroit où la tumeur se rétrécissait pour former le pédicule qui l'attachait au col, il y avait des co ronds, membraneux, différemment contournés, endoyans et ressemblans tout-à-fait à de petits intestins g les; ils étaient réellement creux, admettaient l'air, que l'on y soufflait, et leur cavité était remplie d' suc gélatineux. Cette grosse tumeur était nourrie par des vaisseaux très-distincts, les artères partant de carotide gauche, et les veines se rendant à la souclavière du même côté. Toutes ces particularités ont verifiées sur le sujet même, que M. Joube a fait voir à l'Académie."

Alterius huius speciei, compositorum dico tumorum, nova exempla proximis his annis publici iuris fa non sunt: quo magis spes est fore, ut divulgando novo exemplo nonnullorum desideriis gratum fecisse vid mur. Praeterea, id quod maximi momenti est, nostrum hoc exemplum ostendet, cystes quibus adiposae m teriae, capilli, irregulares ossium particulae, dentes continentur, non semper esse congenitos sed etiam p partum atque posteriore aetate existere posse. Elucebit enim aliquatenus, opinor, perspicue ex inseque morbi historia, infantem natum esse cum simplici hygromate in quo postea demum dentes ossiumque pa culae exstiterint: quantumvis probe sciam haudquaquam inter doctos adhuc convenire, utrum eiusmodi c puscula tumoribus sint ingenita an cooriantur postea. Totius cystis disquisitiones anatomicae, pathologic microscopicae, itemque excisae tumoris partis adumbratio mihi suppeditatae sunt egregia liberalitate Dris. *O. Weber* qui secundi medici assistentis munere in clinico chirurgico tum fungebatur. Cui viro in vita doctrina sua tam strenuo non possum quin tot officiorum gratias agam.

---

1) L. c. lib. VII. c. 6.
2) L. c. pag. 69—76.
3) L. c. II. Bd. p. 476.

Casus secundus.

(Vid. tab. II. fig. I.)

Ernestus Schmidt Elberfeldiensis viginti menses natus fuit cum in clinicum chirurgicum receptus est. ›nsanguinei eius, alter puer mensium novem, puella altera sexennis, bona semper usi sunt valetudine. ıter eiusdem, robusto habitu sanaque specie, item nunquam morbo aliquo laboravit, nisi quod adolescentula n morbillis correpta est. Itidem matris soror nunquam aegrota fuit initoque matrimonio, duos liberos, bustos illos sanosque edidit. Eadem prorsus bonae valetudinis ratio fuit patris, textoris sericarii, usque oad toto abhinc dimidioque anno typho interiit. Pueri illius avia, sexaginta annos nunc nata, nunquam huc in graviorem morbum incidit, cum avus quadrienni hydropi novem ante annis succubuerit.

Nullum exemplum tota hucusque familia, non magna illa, observatum simile illius tumoris quo puer ectus est. Nec mater, dum gravida fuerit, tale quid conspexisse asseverat. Puero edito, in regione supra-oidea sinistra tumor situs fuit qui magnitudinem habuit parvi ovi gallinacei, mollis ille, non indolescens, gidus, huc illuc mobilis. Mater nulla primo huius tumoris ratio habuit, ut qui sit congenitus ideoque, ut inabatur, non exitiosus. Anno circiter post cum tumor eo fere magnitudinis processerit quo nunc est, ter consuluit D^{rem.} *Kirchner* medicum Elberfeldiensem qui, nonnullis demum annis praeteritis, sana-nis spem fore dixit. Hoc igitur responso acquieta mater totum diem domo absens texturam sericariam titabat, puero tradito curae aviae quae depsticia ei solani tubera, coffeam, lac, panem domesticum al-nve interdum, edenda dedit. Quia autem tumoris ambitus in diem magis accrevit, durescente simul si-trae partis loco extremo, alium medicum mater adhibuit in consilium qui non Elberfeldii sed Bonnae tan-nmodo tumorem posse removeri censuit. Commendatione igitur senatus publici Elberfeldiensis matris preci-s obsecuti et ipsa et puer in clinicum chirurgicum recepti sunt die 21. Novembris anni 1850.

Hoc ipso tempore haec fuit pueri condicio: Corpus infirmum, facies cachectica, coma rubicundula, frons nste curvata et nimia propemodum pro tali aetate magnitudine. Neque pedes neque lingua suum hucusque o modo officium fecerant. Puer etiamtum mammam suxit. Tumor patuit inde a processu mastoideo si-tro mentum versus, ubi totam regionem hyoideam sinistram occupaverat. In sacci speciem dependit duas iles pugnas magnus, oblongus, mobilis in quamlibet partem, non indolens. Septo, ut tab. II. fig. I. in-at, totam per longitudinem in duas partes dispestus erat quarum exteriorem sive sinistram concreta quae-m et dura granulosaque materia implevit; nec ulla ratione haec pars huc illuc mota tactu indoluit. Pau-post diebus puer quoties dormivit, rhonchus quidam observatus est: qui cum e larynge potissimum videre-r proficisci cumque magna esset respirationis difficultate coniunctus, dubium profecto esse non potuit, quin gana respirandi onere tumoris valde premerentur. *Hygroma cysticum colli congenitum* hic statutum est. aeterea puer hernia umbilicali affectus fuit eiusque abdomen valde tumefactum.

Quae cum ita essent, necessario fuit infausta prognosis, idque his potissimum quinque de caussis: Primum od adeo infans aetas erat pueri, tum propter habitum eius cachecticum, deinde quod propter magnum tu-ris ambitum non poterat non gravis admodum futura esse operatio; praeterea quod inflammatio vehemens tasse insecutura erat ac facile ad organa propinqua eademque primaria transire poterat; denique quod rum probabilitatis aderat, propter teneram aetatem curae secundariae omni ex parte satisfactum iri posse.

Omnis autem cura primo in eo tantummodo versari potuit, ut viribus corroboratis status ille cachecticus leretur; tum demum de operatione licuit cogitare. Quotidie data sunt puero nutrimenta roborantia: ius rne cruda concisaque permistum; quod cum postea nullo pacto ei saperet, duobus quotidie ovis vescebatur. s igitur cibis cum frueretur, in dies manifesto melior facta est eius valetudo. Quia autem pressus tumoris ius semper organis respirationis incommodum attulit, *Wutzer* cl. ratus est, primae eiusdemque particularis erationis necessitatem adesse. Septimo igitur die Decembris talem dimidii tumoris operationem suscepit in a ei auxilio fuerunt assistentes Dr. *J. H. Schäffer*, *C. O. Weber*, *Winter* alii. Postquam in pectoris eri condicionem inquisivit nec aliquid insoliti in strepitu respirationis, cordis autem sonum fortiorem ubi-e invenit, rem ita instituit, ut ab aure mentum versus exteriori parti sinistrae incisionem infligeret duo-

rum circiter digitorum. Statim tres fere unciae effluxerunt liquoris cuiusdam gilvi, lente fluentis, granos miliique pulticulae speciem quandam praebentis. Saccus qui apertus nunc conspiciebatur, magnitudinem ov gallinacei habuit: cuius in parte superiore ipsoque in exteriore margine maxillae inferioris rotunda quaedai ac dura materia sedit cuius magnitudo fuit grandis cerasi. Circumligata haec pars est ac postea resect Statim materiam fibrosam hic inveniri cognitum est, et vasculum quod resectione laesum erat, confestim sub ligatum. Hic quidem *Wutzer* cl. operationi finem imposuit. Linteum carptum in vulnus inductum est et ora vulneris emplastris adhaesivis contractae. In medio autem sacco nunc aperto nonnullas etiam alias cyste obduratas quarum locus sub inferioris maxillae angulo fuit, persentiscere licuit. In operatione ipsa puer sa quietus fuit nec vagivit. Iactura sanguinis non magna, dimidiae fere unciae.

Disquisitione *microscopica* facta, in liquore qui e cyste illa dissecta effluxit, cognita haec sunt: Cellu lae epitelii lamellosi et cylindracei; cellulae adiposae vacuae; guttae adipis cellulis non inclusae; (adipis crystalla; corpuscula exsudativa, sanguinea, molecularia.

Disquisitio *chemica* hoc responsum renuntiavit: kali causticum cum illo liquore cumque aqua confec saponem quem aether (coquens) totum fere solvit; milii quasi grana, addito acido sulphurico, flavum, calefact autem nigrum colorem induerunt. In perscrutatione *microscopica* durioris illius ovataeque materiae quae i ipso hygromate sita fuerat, inventa sunt haec:

Fibrae telae cellulosae inter quas cellulae adiposae et seiunctae et crystalla acidi et adiposa contine tes et vacuae; guttae adiposae; epitelium lamellosum et cylindraceum; fibrae quales quidem D[ri.] *C. O. We ber* esse videbantur, musculares striatae.

Hac operatione peracta, interdiu puer fuit sat quietus hilarisque; libens suxit mammam et hora mer diana sorbitionem carnis unumque ovum sumpsit; vespere pulsus fuit 120 ictuum. — 8/12. Noctu puer quie dormivit; appetitus bonus; pulsus 140 circiter ictuum vespere non frequentior; facies rubicundula; tumoı temperatura non aucta. — 9/12. Puer hilaris noctu bene dormivit; pulsus 120 ictuum; sulcus longitudina evanuit; tumor turgidior. — 10/12. Pueri condicio semper bona. E vulnere secretum quoddam effluit qu in fila distrahi potest; rhonchus in somno minus clare auditur; ceterum tumoris pressu infantis caput de trorsum inclinatum est. — 11/12. Condicio bona; tumoris ambitus increvit, ita ut inflammatio cystis illi ad propinquas transierit. — 13/12. Alvus non soluta, quare Magnesia c. Rheo praescripta; ceterum condic haud mala; e vulnere effluxit tenue gilvumque secretum quod in fila discerpere licet. — 15/12. Hodie n ita bene se habet aegrotus; appetitio non bona; mane meridieque ovo et matris lacte fruitur; tumor ada ctus, tactu indolens, calidior; cataplasmata applicata; puer minime hilaris, totum diem dormitat; puls vespere 140 ictuum. — 16/12. Somnus nocte praeterita saepe interruptus; condicio per diem eadem ut her uno tantum ovo puer vescitur; pluries mammam excipit; cura eadem. — 18/12. Puer multo hilarior; a petitus melior; alvi solutio normalis; edit paullulum sorbitionis carnium; tumor non multum accrevit duruit; tactu dolet; minor vulneris secreti copia. — 21/12. Somnus et totus habitus pueri multo melio item appetitus bonus; hodie demum carnis sorbitione cum cruda carne eademque dissecta frui vult; propt tardam alvum interdum Magnes. c. Rheo data; tumor ab aure mentum versus inclinat; in applicanda vi ctura prae dolore clamat puer atque obluctatur; haud magna secreti copia. — 24/12. Infans optime habet; vultus hodie non tristis; color faciei laetior; appetitio ciborum perbona; tumoris durities et ambit paullulum imminutus. — 28/12. Puero semper hilari, etiam petulanti, ut mater aiebat, omnino bene es nondum loquitur, sed si quid petit, summissum et raucum sonum emittit; oculi vividi et quodammodo versu non multum liquoris secernitur; vulnus ipsum bonas prae se fert granulationes. — 8/1. 51. Proximis his d bus puero memorabile nil accidit; optime habet; edit, bibit, bene dormit; tumor tactu molliculus est; du ties, in posteriore parte antea, nunc in anteriore sentitur, id quod in peragenda ibi aliqua operatione mag momenti erit ad laesionem vasium quae ibi sunt. Capitis situs hodie non obliquus; tota omnino condicio tal ut haud inepte de operatione secunda cogitetur.

13/1. Puer adeo bene se habet, ut ad sustinendam *secundam* operationem satis firmus videatur. Qu quidem *Wutzer* cl. hodie eisdem quibus antea assistentibus adiutus ita suscepit, ut incisionem $2^1/_2$ digi rum maxillae inferiori parallelon faceret e superiore tumoris parte inferiorem exterioremque versus. P mum particulae nonnullae telae lipomatosae fibrosaeque excisae; in superiore intimoque vulnere circa ang

n maxillae inferioris acutum os apparuit quod extractum denti incisivo prorsus fuit consimile; definite dici quit, utrum illud in cyste solutum iacuerit annon; illud verisimilius. Eiusdem radix curvatissima inque ice foramen praebet. Anteriorem oris angulum versus incisio producta magnaqua cystis discissa est qua ntinebatur serosus, flavus viridisque liquor (ut in ascite), unius fere unciae. Denique pars parietis tela iposa vestiti remota est; parva arteria incisione dissecta subligata est.

A. Disquisitio materiae lipomatosae fibrosaeque:

1) Laxa tela cellulosa cellulas adiposas includens.

2) Fibrae undulatae.

3) Tela fibrosa cum glandulis adiposis.

4) Cellulae adiposae maiores minoresve, striatae, fibrae muscularium prorsus similes ex eadem ιteria ut illa quae in operatione I. inventa est.

B. Disquisitio liquoris praebuit corpuscula exsudativa et cellulas epiteliales.

C. In exploratione materiae qua cystis circumdata erat, idem evasit quod sub A litera proposui.

Parietes cystis obtecti fuerunt membrana laevi et mucosae simili per quam aliquot vascula perluxerunt; dem cooperta fuit muco tenace qui, ut secretum vulneris, urinae odorem prae se tulit quique corpuscula pulenta, mucosa, cellulas et epiteliales et vacuas et adiposas ostendit.

Quamvis maior sanguinis iactura facta sit, puer tamen operationem horae quadrante perfectam perbene stinuit; immo cum cutis dissecaretur, nullum doloris signum dedit, ac tanta fuit ipsius in operatione tranillitas, ut is qui faciem non vidisset, asphyxia eum esse correptum facile arbitraturus fuisset. Nonnisi tum m cystis extraheretur, dolor aliquis excitatus est. Operatione peracta, propter sat magnam sanguinis iaıram, ut videtur, puer colore admodum pallido fuit; sed tamen sat hilaris cuppedias propositas avide expit et ad matrem portatus statim mammam sugere incepit. Item hora meridiana tam bonum habuit appetin, ut non uno, quod ante consuevit, sed duobus ovis ac solita carnium sorbitione frueretur. Postquam erdiu nonnullas per horas dormivit, vespere, alvi simul solutione facta, satis laetus fuit; pulsus parvus opemodum; tumoris temperatura non aucta. — 14/1. Somnus nocte praeterita optimus, bis tantum interptus, cum puer bibere vellet. Aquam saccharo mixtam avide resorpsit; condicio omnino perbona; appeus non modo non turbatus, sed auctus etiam, ita ut praeter cibos solitos duo poma tosta ac panem butyro itum, quae omnia mater imprudens ei dederat, sumeret; tumoris temperatura eadem; habitus capitis reıs; quamvis tumoris ambitus idem remanserit, minor tamen capitis movendi impeditio adest; tumor tactu n dolet; frequentior vespere pulsus 130 ictuum. — 15/1. Condicio eadem ut heri; febris nulla, vultus vidior, appetitus optimus, solutio alvi larga quotidie; vulnus multum secernit liquoris flavi viridisque, nte fluentis, tenacis, foetidissimi e quo fila extrahi possunt. — 18/1. Puer bene semper se habens hilaris t ac vividus; loquendi eundique conatum facit; secretum non adeo copiosum ut ante, sed tenax adhuc; vulnere magnae granulationes conspiciuntur. — 23/1. Status idem, nisi quod heri tussis incidit qua somnus ›cte praeterita pluries interruptus est; refrigeratio, ut videtur, quam puer in ambulationibus contraxit, uamvis coelum fuerit serenissimum) tussis caussa est; tumor mollis, excepta dura parte anteriore; secrem sat copiosum. — 28/1. Pueri condicio exoptata; tussis prorsus desiit; somnus et appetitus bonus; ınc etiam in posteriore parte duritia tumoris sentitur; secretum largum; in vulnere magnae multaeque anulationes. — 1/2. Coelo sereno puer quotidie in publicum producitur, quare faciei color multo sanior ctus est; tumor sat mollis; durae illae partes facile persentisci possunt; condicio bona; vires tantae nt, ut de instituenda nova operatione possit cogitari.

17/2. *Tertia* hodie operatio suscepta est cui interfuerunt eidem quos supra nominavi assistentes aliique. ptis cibis valetudo infantis multo melior facta erat, ita ut, quod mater ipsa aiebat, pueri pondus auctum set. Tumor denuo valde accreverat; nam sub mento materia tactu mollis, et pone aurem inferiorem pars ıra et sat magna orta. Hoc modo ita tumor permutatus erat, ut duae incisiones, operationibus superioribus ctae plus quam $^3/_4$ digiti unius sinistrorsum essent remotae. *Wutzer* cl. hac via usus est. Quae a secunda eratione remanserat incisio $2^1/_2''$, sursum i. e. aurem versus producta est $2''$ ac deinde, cute quoquoversus pulsa, totum pseudoplasma exstirpatum. Hac re factum est, ut sex vascula laesa subliganda essent. Ad entum situs erat tumor adiposus magnitudine pomi proximis his hebdomadibus ortus. Media eiusdem pars

impleta fuit collapsa illa magna cyste quae secunda operatione dissecta cuiusque paries ex parte recisus fuera Contracta haec cystis in angustiorem canalem; ab illo pariete radiantes fibrae longitudinales telae fibros exierunt quibus in media parte rariores minoresque, exteriore plures maioresque materiae cellularum adip sarum inclusae fuerunt. In parte posteriore circa angulum maxillae inferioris cystis fibrosa solidaque te ad os quoddam vulgari prorsus periosteo circumdatum affixa fuit, in parte antica vero vestita gibbero pseudoplasmate mandibulae simili (vid. tab. II. Fig. II.) in quo ipso processus condyloideus et coronoide manifesto agnosci potuerunt. In infimo hoc pseudoplasmate fibrosae fuerunt et adiposae materiae nucis ave lanae iuglandisve magnitudine, praeterea irregulares, aggregatae organicae fibrae musculares multaque vas Tela ubique a periosteo profecta in ipsius ossis propinquitate singulas parvasque cystes inclusit quibus a adeps aut milii similis illa materia contenta fuit. In parte postica os vicinum fuit maxillae inferiori, eade illa tela interposita plura hic vascula continente et ad musculos ibi sitos exporrecta.

Ossis autem ipsius haec fere forma: Tantum non pyramis est obtruncata cuius basis scuto similis ad mentum adversa in media parte ad maxillam inferiorem spectante profundum habet sulcum qui fibro membrana indutus cystis fuisse videtur. Hoc sulco qui, solo inferiore margine excepto, ubique conspicit os in tres partes distribuitur triquetras irregulare quoddam prisma conficientes quae ipsae nonnisi crassa l mina inter se cohaerent. Lamina autem haec constat ex corpore quodam rotundo manubrii formam praebe et ex processu conchato et deorsum curvato.

Dissectio ossis indicavit haec: Ossa periosteo circumdata in interiore parte multas et singulas cyst conformant quae duris osseisque parietibus inclusae sunt. Hae cystes aut adipe medullari penitus explet aut spongiosa ossium substantia perfusae sunt inque interstitiis adipem medullarem continent, aut periost vestitae sacculis singularibus dentes concludunt plus minusve normales. Quorum in parte anteriore quatu minimum inveniuntur (plures, ne plane praeparatum deleretur, indagari non potuerunt), tres dentes molar aut radices habentes aut eisdem carentes; ubi radices desunt, earum locum matrix explet. In parte post riore quinque dentes, tres molares, unus caninus et ille de quo antea sermo fuit incisivus. Ossis et de tium substantia ubique normalem habet texturam, plane ut in normali maxilla inferiore. Singuli den matrici insident cellulosae ac tenui membranula obtectae e qua et vasa et nervos accipiunt.

Quam exstirpatio effecerit cavitatem vulneris, facile intelligitur, necessario sat magnam fuisse. H autem cum operatione accederet sanguinis 5—6 unciarum amissio, aegroti condicio sine dubio periculosa e putanda. In operatione ipsa infantis magna tranquillitas, nisi quod cum apportaretur et cutis dissecaret magna voce exclamavit. Deinde quies subito rediit et tantum aliquoties doloris signum dedit, tum dico, c exstirpando superiori et duro pseudoplasmati opera data est. Memorabilis sane et quodammodo ingrata f tanta pueri in unaquaque operatione tranquillitas et indolentia; quae caussa fuerit, nescio. — Nec illud pr termittendum videtur, minimam quandam pseudoplasmatis partem sub aure in profundo sitam, tum quod lae partium vicinarum valde timenda erat, tum quod operatio diu iam duraverat, intactam esse relictam. — O ratione perfecta pueri color pallidissimus; ad matrem apportatus mammam non excepit; aliquoties evomu totum per diem discedere a matre noluit et horis demum pomeridianis cochlearium nonnullorum sorbitio carnium ovique vitellum comedit. — 18/2. Somnus inquietissimus; sitis vehemens; pulsus mane 140 ictuu color hesterno melior; labia rubescunt; animus hilaris; hora meridiana carnis sorbitionem vitellumque su psit. — 20/2. Hesterna condicio quantum fieri potuit bona; item appetitus; hodie autem cum sexies dil mucosique liquoris diarrhoea inciderit qua omnis somnus plane demptus est, puer sat languidus et moros. Ut diarrhoeae finis imponeretur, praescripta sunt haec: Mucilag. Gummi mimos. ℥Vj, tinct. opii simpl. g III, Syrup. Rhoead. ʒβ. D. S. singulis horis per theae cochlear praebenda. Praeterea Ol. Nucistae rec. e press. ℥β. D. S. Calefactum abdomini infricandum. Nihildum hodie edit aegrotus nec unquam inde ab o rationis tempore mammam excepit, quod sugendo dolorem in vulnere excitari verisimile est. — 22/2. Di rhoea desiit; alvus non soluta tertio abhinc vespero; heri totum fere diem puer dormivit, quare somnus no praeterita paene defuit; hodie condicio et appetitus bonus; vulnus multum secernit liquoris, boni tamen odore ut antea foetido. Supra vulnus i. e. in gena abscessus existit; cutis ibique tenuior candidiorque. 24/2. Condicio omni ex parte exspectationi satisfacit. Coelo adeo sereno, heri in publicum portatus puer. Secretum paullo profusius sed idem bonum. In infimo vulnere eiusdemque lateribus prosperae gra-

tiones pullulant. — 26/2. Denuo incidit diarrhoea, quare medicamenta illa repetita. Abscessus multo assior ac brevi videtur apertum iri. Mammam semper spernit infans, quamquam non desuetus, quia peculum aderat, ne toti condicioni id esset detrimento. — 1/3. Diarrhoea postquam plures dies desiit, aeterita nocte denuo incepit, quare medicamenta illa adhibita. Praeterea hac nocte sponte apertus est abessus e quo haud parva copia foetidi puris et sanguinis evacuata. Condicio bona; item appetitus. — 8/3. emper adhuc diu noctuque diarrhoea dilutae mucosaeque materiae. Cui ut resistatur, praescripta sunt: umb. acet. gr. $^1/_8$, sacch. albi ℈β; dispensentur tales doses Nro. VIII. D. S. ter per diem pulvis sumenis. — 10/3. Vulnus sat multum secernit liquoris foetidissimi quidem sed bona tamen consistentia. Conuo purgando puer valde depressus est, morosus, misera facie, praesertim cum noctu nunc non multum rmiat.

Remedia interna haec usurpata sunt: Decoct. radic. salep. ℥IV, syrup. capit. papav. ℥β. M. D. S. altera aque hora theae cochlear praebendum. — 13/3. Diarrhoeae nondum finis incidit; sexies minimum alvus noctu luta; somnus haud multus ac valde inquietus; vires pueri magnopere infirmatae; pedes officium prorsus gant; color pallidissimus. Ad medicinam nuper praescriptam hodie adiecta sunt: Extr. Chinae fusc. ʒj tinct. thebaic. gtt. jj. — 14/3. Heri sicut nocte praeterita bis puer laxavit. Clysmata hodie e muco opiie grano comparata, applicata. Sat copiosum vulneris secretum, foetidum. Appetitus non imminutus quim est, verum vires valde depressae; puer admodum morosus. — 15/3. Alvus hesterno die bis soluta; finis arrhoeae incidisse videtur; igitur bene dormivit puer praeterita nocte; hodie mane alvus aliquatenus diluta. bdomini pueri pluries quotidie Oleum nucistae infricatur et lanosa fascia applicatur. Appetitus optimus; seetum copiosius et foetidissimum. — 20/3. Diarrhoea prorsus tandem desiit, quo fit, ut manifesto pueri res accrescant. Somnus et appetitus plane exoptati; secreti paullulum tantum; granulationes revera luriant laetissime. Quo loco abscessus antea fuit propria quaedam durities sentitur.

Mater desiderio capta reliquorum liberorum quam primum domum redire cupit. Quoniam igitur semestris is appropinquavit puerique condicio talis fuit, ut reditio domum suscipi posset, initio mensis Aprilis matri rmissum est, ut proficisceretur, his tamen condicionibus, ut summopere ei puer curae cordique esset et a cum eo prima aestate Bonnam rediret.

Extremo mense Maio huc rediit; sed puer malis ineptisque cibis quos domi sine dubio sumpserat, eadem e qua ante miseria affectus fuit. Domi puerum mater narravit Stomacace laborasse cuius vestigia adhuc anifesta; deinde crustas in naso exstitisse: quae quidem nunc evanuerunt. Vulnus nondum prorsus glutinam nil fere secernit. Propterea quod puer sinistrorsum vertit caput, continuo saliva ex sinistro oris angulo fluit. Quae cum ita essent, nil reliquum erat, nisi ut apti inprimis potentesque cibi et multus aëris usus ero praescriberentur, quo iactura domestica brevi resarciretur; nempe de operatione aliqua haudquaquam otuit cogitari.

Puer ubi nonnullas hebdomades adfuit, capitis exanthemate quod impetigo esse videbatur, et catarrhali ulorum inflammatione correptus est: quibus malis brevi eum apta cura liberavit. Praeterea haud ita multo post ciata nutrimentorum aërisque vi effectum est, ut puer omnino se recrearet et praeter omnium opinionem et ndi et loquendi conatus faceret. Cum vero talis esset exitus, eadem cura illa ac nutritio totum per menm abhinc continuata. Datae igitur sunt carnium sorbitiones, crudae dissectaeque carnes, ova, balnea e alto parata. Omnibus his adhibitis, non potuit non sperari quin extremo semestri aestivo pueri vires n solum redintegratae sed etiam auctae essent futurae. Mater quoque ipsa asseverabat, quotiescunque puem portasset cuius onus brevi abhinc tempore multo maius esset, semper se defetigatam esse. Revera tem infantis vires increvisse vel ex eo concludi potuit, quod totum fere diem non sedit sed cursitavit et sultavit. Bonus hic rerum omnium status dehortatus est, ne operativum aliquod conamen praemature susciretur neve totius corporis incremento aliquod impedimentum fieret. Eo magis autem operatio praeproperae stinationis speciem habitura fuisset, quod proximo tempore pseudoplasmata non accrevisse apertum erat, iare statim ea removendi nulla necessitas imposita poterat videri. Ex vulneris exploratione hoc relatum t responsum: In ipsa maxilla inferiori cumque ea coniuncta exstitit dura materia ossea, nucis iuglandis magnidine, immobilis. Proximo abhinc tempore amplius non luxuriaverat. Ossis illa formatio, ut ante iam dictum, dc a postrema operatione inchoavit. Nam simulac haec peracta fuit, illo loco abscessus ortus est cuius ca-

lidis cataplasmatis effecta est apertio; deinde ibidem ossei illius formationis luxuria comparuit. Num recti haec materia removeretur, non potuit non dubium esse. Praeterea in regione suprahyoidea sinistra duo tumores indurati denuo inventi sunt quorum natura, ut videbatur, fibrosa et magnitudo nucis avellanae fuit Horum tumorum duorum et ossei illius materiae nulla proximis his diebus conspecta commutatio.

Quoniam autem semestris aestivi finis adfuit iterumque mater revertendi desiderium habuit, *Wutzer* cl., cum pueri vires boni exitus spem promitterent, die **5.** mensis Augusti in praesentia D^rum.^ *Schauenburg*, *C. O. Webe*i aliorum, *quartam* fecit operationem cuius summa fuit sola duorum regionis suprahyoideae tumorum exstirpatio. Exstirpata autem materia prae se tulit singulares fibroidis proprietates. Puerum in operatione quae brevissimo temporis spatio perfecta erat, sat gravis, ut videbatur, dolor affecerat; post operationem eiusdem status modo paullulum mutatus. Hora meridiana, uti solebat, coenavit ac talem sese gessit, tamquam nihil ei accidisset. Etiam diebus insequentibus idem bonus appetitus, somnus, condicio. Vulneris secreti dilut in dies adeo minuta copia, ut die **14.** mensis Augusti quo mater cum puero e clinico decessit, vulnus fer glutinatum esset.

Quantumvis autem mater commonita sit, ut summam in colendo puero curam adhiberet atque nihilo ac vitam eius conservandam parceret (et sane spes fuit matrem quae filium summopere diligeret et hortationibus et promissis pro viribus satisfacturam esse): brevi tamen puer vehementi morbo quo domi correptus est, succubuit.

Quae fuerit infantis circa finem vitae condicio, benignissime mecum communicavit Dr. *Urner* medicu Elberfeldiensis. Scripsit ille huiusmodi: „Puer, matre asseverante, bene se habuit usque ad diem 19. Sept. Vulnus in postrema operatione factum, plane glutinatum, alterum quae a superiore operatione ita remanserat, u ab aure mentum versus pateret, fere immutatum erat. Mane 20. Septbr. postquam die superiore, matre comitante, in publicum prodiit, febri correptus est et vehementi siti; caput et manus calidissima fuerunt; appetitus prorsus defuit, nisi quod aquam frigidam resorpsit; purgatio diluti et serosi liquoris; tussicula quaedam; somnus levis et continuus. Pluribus post diebus, videlicet sero, mater consuluit D^rem.^ *Kirchne* qui tum enarravit se ascitum esse, cum diarrhoeis puer plane debilitatus fuisset. Chirurgus quidam qui extremis diebus vincturam vulneri applicavit, contendit, illud tum iam gangraenosum fuisse, cum primum in auxilium sit vocatus; matrem autem inculcato linteo carpto adeo vulnus implevisse, ut conglutinatio omnino impedita fuisset. Censet idem, caussam morbi, typhi ut videtur, in eo positam fuisse, ut ichor gangraenosus resorptus sit, quae quidem sententia magna probabilitatis specie commendatur. Medicus omnia quae omnino fiei potuerunt expertus, gliscentem tamen morbi vim ac vehementiam repellere nequivit; febris, sopor, purgati increverunt. Vulnus cui ater quidam color fuit, secrevit magnam copiam foetidissimi subrufique ichoris. Pue huc illuc sese volutavit nec matrem suam agnovit. Eadem quae antea symptomata denuo inciderunt ac saepius semper redierunt ad diem usque quartum mensis Octobris, ubi breve per tempus puer mentis suae compos mortem obiit.“ Quod sectio medicis non permissa est, valde dolendum; nam alioquin aegrotas colli pai tes licuisset perlustrare et anatomiae pathologicae memorabile ac rarum exemplum delegare.

Omnibus his expositis, argumentatione mihi prorsus videor supersedere, quantum ex singulari hoc huiu morbi exemplo quod dignum profecto est cuius a medicis ratio habeatur, possit condisci. Parum sane arrogantiae immodestiaeque culpam vitaverim caussis allatis ad defendendam confirmandamque hanc meam sententiam. Res per se quidem dubia esse nullo modo potest. Unum illud tantummodo moneam, puerum manifest non operationibus vel potius earum consequentiis succubuisse, sed sine ulla dubitatione mala cura qua don usus sit ineptisque nutrimentis quae ibidem sumpserit, interiisse. Ergo huius quoque mors tristissimo document est, quoties medicorum operam aliorum incuria irritam reddat. Quotidie medico experiendum est, nunquam fer vix recreatos adhortationes respicere quas ipse tamquam viaticum sanitatis servandae dederit: brevi reditu fit ad ineptam ac vitiosam diaetam cuius quidem poena mox ita persolvitur, ut praematura mors accidat quai cura et natura duce fugere licuerit. Itaque ego quod ad hunc aegrotum pertinet, non possum ab hac persuasione depelli, mortem non obiisse infantulum, si mater, id quod liberaliter ei oblatum est atque enixe cor suasum, diutius hic manere puerumque clinici nostri cura frui voluisset.

Pars tertia.

e novis quibusdam hygromatis cysticis congenitis sacralibus deque vi ac momento quod omnes eiusmodi tumores et in graviditate et in partu possunt habere.

Quemadmodum hygromata cystica colli congenita facillime minus perito possunt videri vel ranulae esse vel umae vel hydrocelae colli (ac sane haud raro tale quid factum): sic ea hygromata quorum in inferiore trunco us est, proclivis confusio est cum inclusione fetus in fetu, cum spina bifida, cum hernia dorsuali congenita, n telangiectasia, cum pseudoplasmatis i. e. lipomate et fungo medullari; qualis quidem error fiet haud difle in utraque [quatuor regionum hygromatum congenitorum: quamquam, cum *Wernher* [1]) tam accurate usque generis proprietates definierit, ad faciendam diagnosim non multum molestiae restat.

Sat multorum igitur in regione sacrali tumorum observationes et exempla quae et superioribus et nos temporibus literis mandata quaeque ex eis, auctore *Wernhero* [2]), sine dubio vera hygromata cystica tanda sunt, exhibent *Slevogt* [3]), *Gemmil* [4]), *Saxtorph* [5]), *Buxtorf* [6]), *Schmidt* [7]), *Meckel* [8]), *Loeffler* [9]), *iander* [10]), *Otto* [11]), *Terris* [12]), *Faber* [13]), *Heineken* [14]), *Himly* [15]). Post *Wernherum* unum tantum, ut etur, novum exemplum divulgatum est cuius in transcursu iam p. 3. mentionem iniecimus. Plura de eodem uratius hic proferre mihi propositum est.

Mauthner [16]) enim medicus Vindobonensis celeberrimus, in regione sacrali infantis cuiusdam bene conmati ac maturi (de sexu nil proditur) quem mater sicut tres antea liberos sine ullo impedimento in lucem derat, tumorem observavit cuius forma fuit trium segmentorum sphaericorum, magnitudo parvae pugnae. orsum anum versus patuit, finibus haud certe definitis; contra in superiore parte utrumque latus versus mares manifestos ac distinctos conspicere licuit. Tumor fuit colore caeruleo rubidoque, non sensilis, partim fluans; in eodem hic illic duriores loci persentisci potuerunt tactu nec mutabiles nec indolentes; anus et genia normalia; functiones tractus intestinalis haud impeditae, nisi quod brevi abhinc sphincter fuit debilitatus. m tumoris color, forma, magnitudo mansit usque ad mortem quae quidem post mensem marasmo effecta est.

Mauthner huic tumori, ut supra iam dixi, nomen „*Osteo-Cystosarcoma*" indidit; mihi quidem ex ipsa criptione tumorem illum *Hygroma cysticum congenitum sacrale* fuisse persuasum est: quae mea sententia m sectione de qua *Mauthner* exposuit, valde videtur confirmari: quam tamen hic cum lectoribus communie supersedere me existimo; ad librum supra laudatum delego omnes qui cognoscendae eius cupidi sunt.

Itidem non possum quin de origine huius pseudoplasmatis prorsus a *Mauthnero* dissentiam, quippe qui coitu turbido atque graviditatis tempore adeo frequentato, ut ter nonnumquam quotidie initus fuerit, caus-

---

1) L. c. p. 64. etc.
2) Ibid. p. 12.
3) Progamma de singularibus quibusdam partus impedimentis, Ienae 1704.
4) *Gemmil*, medical essays. Vol. V. p. I. p. 362.
5) Collectan. societ. Havniensis. t. II. No. 4. p. 25.
6) Acta helvet. t. VII. p. 108.
7) *Hufeland's* Journal. 24. 3. p. 147.
8) Handbuch der pathologischen Anatomie. B. I. p. 372. Descriptio monstrorum nonnullorum. p. 40. tab. IV. f. 4.
9) *Stark's* neues Archiv für Geburtskunde. B. I. 1797. m. K.
10) Handbuch der Entbindungskunde. B. I. Abth. 2. p. 757.
11) Seltene Beobachtungen, zur Anatomie, Physiologie und Pathologie gehörig. 2. Sammlung, p. 163. Monstrorum sexorum etc. p. 329.
12) *Sédillot*, recueil périodique, 1806. t. 27.
13) Duorum monstrorum descriptio anatomica. Dissert. inaug. Berol. 1827. c. tab. p. 548.
14) *Himly*, Beiträge zur Anatomie und Physiologie. 2. Aufl. p. 79.
15) Ibid.
16) L. c.

sam positam esse existimet. Idem *Mauthner* praeterea in ea opinione est, ut hoc pseudoplasma, cum ali quin bene conformatus fuerit infans, non e numero earum fetalis formationis sit anomaliarum quae ex insi tione et commoratione conformationis evadant.

Hoc iudicium si recte se haberet, profecto non posset non fieri, quin maior omnino omnium infantiu numerus ita in lucem ederetur, ut in aliqua corporis parte tumore forent affecti; videlicet alium adhuc eventu fuisse valde gaudendum est. Nam mea opinione, ne dicam persuasione, paucissimi sunt ei viri qui gravida suam uxorem plane intactam relinquunt et, ut *Mauthner* ait, sanctam illam conservant verecundiam qua n tura ipsa eos ut tutores futuri cuiusdam hominis impleverit. Quotus enim quisque tam abstinens est (nam r rissime quispiam inveniatur ita animatus moratusque ut *Mauthner* vult), minus profecto sancta quadam rev rentia gravidae mulieris commovetur, quam aliis caussis gravissimis quarum hic enumeratione iure meo optir mihi videor supersedere. An fortasse *Mauthner* huic rei aliquid attribuit, quod mulier illa non cum solo vi suo quotidie saepius concubuerit? Sed de hac re apte videtur non posse litigari; itidem illud quoque in m dio relinquendum esse censeo, certe legitimum virum haud tam saepe coitum initurum, quam cum hac mulie factum sit; apparet, disertis verbis hic nil definiri nec quidquam in hoc genere ad certam quandam regula revocari posse, infinitam autem cogitandi esse licentiam.

Omnino quod ad originem congenitorum eiusmodi pseudoplasmatum attinet, nondum rem ad liquid perductam esse ingenue fatendum est. Inprimis hoc valet in hygromata cystica, in vitiosas quae matri aspectu aliquo fetui oriuntur formas, in proprietatem hereditariam, in disturbationes mechanicas. Quae de om bus his rebus propositae sunt suspiciones, excogitatae coniecturae, nam tales revera sunt, certam nullam indubitatam veritatem nedum cogentem ullam persuasionis vim in se habent. Notum praeterea est, quam rum sint adhuc permutationes pathologicae perspectae. Quae cum ita sint, equidem satis habeo nonnul hic libros laudare in quibus seorsim de una alterave permutatione huc pertinente disputatur. Agunt aut de morbis fetus ***Duettel*** [1]), ***J. Graetzer*** [2]), ***Cruveilhier*** [3]), ***Otto*** [4]); de permutationibus pathologicis ve mentorum ovi placentaeque scripserunt ***Ruysch*** [5]), ***Meckel*** [6]), idem ***Cruveilhier*** [7]), ***Valentin*** [8]), ***Vrolik*** , ***Pappenheim*** [10]).

Post *Mauthnerum* autem aliud, quod sciam, nullum exemplum hygromatum sacralium vulgatum est. iecto novo quod in policlinico hic observatum est, horum quoque amplificationis laus ad hanc universitat redundat. Hoc autem tumore puella fuit affecta, quare sexum femineum magis his pseudoplasmatis obnoxi esse recte videtur contendi; nam quot adhuc hygromatum sacralium exempla prodita sunt, eorum haec ra fuit, ut tria tantum in pueris, sex vero in puellis inventa sint [11]).

De locis autem vel de anatomia etc. etc., quod iam p. 4 dixi, nulla verba faciam; nunc potius pro situm est paucis explicare, quid cum omnibus tumoribus tum hygromatis cysticis et graviditatis tempore in ipso partu edendo omnino possit evenire.

Quod *Wernher* [12]) scribit observationibus comprobari, infantes congenitis hygromatis affectos non eod

---

1) ***Phil. Jac. Duettel***, De morbis foetuum in utero materno praes. Friedr. Hoffmanno. Halae 1702.

2) ***J. Graetzer***, die Krankheiten des Foetus. Breslau. 1837.

3) ***Cruveilhier***, Anat. pathol. Livr. 15. pl. 2. Livr. 18. pl. 6.

4) ***Otto***, Monstrorum sexcentorum descriptio anatomica. Vratislav. 1841. p. 317. etc. etc.

5) ***Ruysch***, Observat. cent. Observ. 58. Molarum origo et natura.

6) L. c. Bd. I. p. 82 ff.

7) ***Cruveilhier***, l. c. Livr. I. pl. 1 et 2. Livr. 6. pl. 6. Livr. 16. pl. 1.

8) ***Valentin***, Ueber den feinern Bau einer häufig vorkommenden und Abortus herbeiführenden Desorganisation des mens lichen Eies, in s. Repertorium. Bd. I. 1836. p. 126 ff.

9) ***W. Vrolik***, Handboek der ziektekundige Ontleedkunde, Bd. 1. et 2., qui idem liber etiam inscribitur „de mens lyke Vrucht beschouwd in hare regelmatige en onregelmatige Ontwikkeling." Cui ipsius huius libri inspiciendi copia d simile quid praebet accuratum et plenum eiusdem summarium, quod ***v. d. Busch*** dedit in ***Annalibus Hannoveranis***, ann. 1 No. VI; 1844, No. I. II. III.

10) ***Pappenheim***, Neue Zeitschrift für Geburtskunde v. Busch, D'Outrepont u. Ritgen. 1841. p. 300.

11) ***Wernher*** l. c. p. 35.

12) L. c. p. 33.

npore quo alii soleant in lucem editos esse, potius eorum natalicia pendere e tumorum locis: id, si recte habet, nec est cur dubitetur, simul documento esse videtur, suum cuique tumorum generi et proprium men-m natalem exstare. Exemplis enim quae adhuc innotuerunt, confirmatur, eos infantes quorum in collo vel gione sacrali fuerint hygromata, saepius circa postrema graviditatis tempora natos ac raro aliis tum pseudo-ısmatis affectos fuisse. In aliis aliter res cadit. Quae enim in reliquis corporis partibus obtinent, partum operare videntur. Quo autem graviditatis tempore origini et incremento horum tumorum opportunitas detur, finite dici nequit. Hoc saltem probabile est, alia aliorum tumorum tempora originis esse. Item illud recte, inor, contenditur, haec hygromata pro suo quodque loco et originis tempore ad fetalem infantis vitam vim versam habere. Sed in his rebus exigua vix literarum medicarum primordia superata sunt; quod idem valet eos morbos quibus fetus in vita sua uterina omnino possit laborare. Namque fetum in utero inclusum orsus eadem ratione atque postea in lucem editum morbis quibusdam obnoxium esse, id quidem, *Hohlii* sen-ntiam ut meam faciam [1]), hodie adeo omni dubitatione maius est, ut nullis iam argumentis opus sit.

Quatenus autem tumores ad perficiendum partum momentum aliquod exerceant, de hac parte in omni-s fere libris qui de arte obstetricia sunt, modo in transcursu disputatur. Etiam *Scanzoni* [2]) cuius liber mium novissimus alioqui sine dubio inter praestantissimos est numerandus, de hac re subbreviter et genera-n loquitur. *Kilian* autem itemque *Hohl*, alii non nihil sane periculi in tumoribus partui positum esse cen-nt, cum ceteri satis habeant praecepisse, ut, si quod inde partui oriretur impedimentum, tumores vel compri-ndi vel remittendi vel confringendi essent. Quod videlicet dictu quidem facile, factu minime. Nam rectissime *lian* [3]) putandus est iudicasse qui disertis verbis tantopere dicat morbis fetalibus fetus ipsius formam posse mmutari, ut partus non difficillime tantum, sed nonnisi summo cum vitae discrimine peragatur. Talibus au-n verbis quae nec futilia nec commenticia prolata sunt, sed quae diuturno viri experientissimi usu nituntur, mma profecto fides habenda est.

Quadraginta autem duo exempla quae ab *Hohlio* [4]) proposita sunt, demonstrant, saepissime eiusmodi mores in imo aut summo trunco, rarissime in alia quadam corporis parte inveniri; ex his enim quadraginta obus exemplis quorum natura scientiae incommodo, opinor, singillatim cum lectoribus communicata ab *Hohlio* n est, viginti quinque fuere in infimo trunco, in osse plerumque sacro interque tubera ischii, unum supra gione pubis, quindecim in capite, speciatim in regione praecipue fonticuli minoris vel inferius in occipite, e. in regione foraminis magni occipitalis.

Inter quadraginta casus bis et vicies sola naturae vi partus est perfectus; duodevicies ab arte auxilium ıt petendum aut forcipe adhibita aut sacculo vel verso vel extracto vel dirupto vel deleto; ter et vicies osper fuit matri eventus; septies decies nulla exitus mentio fit; octo ex illo numero infantes mortui editi nt, sedecim vivi; de sedecim reliquis nil commemoratur.

Quod autem ad pariundi impeditionem attinet, etsi talis ab omnibus hygromatis potest oboriri, maxime nen fit hygromatis vel perinealibus vel in inferiore trunco sitis, quippe quorum magnitudo saepe tanta fuerit, partus nonnisi discisso sacculo atque evacuato edi potuerit. Quod a *Mauthnero* divulgatum est exemplum, ud quidem perficiendo partus negotio refragatum esse non videtur: contra hygroma quod in clinico nostro ıstetricio occurrit, sane obfuit, quominus facile puerpera pepererit: id quod ex morbi historia quam postea arrabimus, sat potest intelligi. Cetera hygromata quae alium quendam locum corporis occupant, non con-ıt unquam pariundi facilitati adversata esse; unicum tamen illud exemplum strumae cysticae colli congeni-e excipiendum videtur ut quod sane rectam solitamque pariundi viam obsepserit.

Ergo hoc omnino dubium esse nequit, quin tumores ad partum edendum exerceant momentum, maius lud minusve, prout singulares quaedam rerum sunt condiciones quas exponere hic in animo est.

Inprimis, ut supra iam diximus, gravissimum est, quem locum tumor obtineat. Etenim hoc facile intel-

---

1) L. c. p. 233.

2) F. W. *Scanzoni*, Lehrbuch der Geburtshilfe. Wien 1850. Bd. II. p. 449.

3) *H. Fr. Kilian*, Die Geburtslehre von Seiten der Wissenschaft und Kunst dargestellt. Frankfurt a. M. 1852. II. Bd. 436.

4) L. c. p. 298.

ligitur, eos tumores qui sunt in parte aliqua pressui obsequente, velut in collo, in regione lumbari etc., etiam sat magnum ambitum habeant, non adeo vehementem esse enitendi disturbationem effecturos. Ex adverso aute item cognitu haud est difficile, cur tumores regionis praecipue sacralis saepissime enixui incommodum attuleri Sed de his iam antea disputatum est. Praeter ambitum autem tumorum qui non semper momentum habet partum superandum, potius magnitudo infantis, porro tumoris natura et materiae quae in ipso continetur i doles magnam in hoc opere rite ac feliciter conficiendo vim exercere possunt; nam refert profecto, utrum tum durus sit an mobilis. Exempli caussa, *Hohlio* [1]) teste, illud specimen quod *Mombert* vulgavit, tale fuit, tumoris (fungi medullaris) ab osse coccygis et sacro proficiscentis quaevis dimetiens ³/₄ pedis esset, at infa maturus quidem, sed plane maceratus, quare partus facilis fuerit (vid. El. v. Siebold, Journal etc. Tom. No. 3. p. 529). Alius quidam infans septem mensium maximo serosoque tumore affectus inter os coccygis anum, ad regionem pelvis usque sponte editus erat; levi tractu totus facile in lucem susceptus est. Tum ille magnus ac durus qui p. 4 iam commemoratus et ab *Henkeo* observatus est in collo simul et pecto partum reddidit difficilem, quamvis infans, maturus ille quidem, tamen non adeo magnus fuerit. (Henk Diss. inaug. De tumoribus foetuum cysticis, Halae, 1819, p. 16.). Coram Legrandii uxore infans non magn cui in cervice tumor fuit, difficile quidem nec tamen arte adhibita natus est. (Vid. Journal hebdomad. de Mé Vol. I. No. 9. p. 342.). Fetus ad coxas usque emissus ex utero propter tumorem longius protrahi non pot (Vid. Act. Edinburg. Tom. V. No. 37.). Sed sufficere videntur haec exempla ad defendendam nostram gravitate tumorum sententiam; possunt sane tumores etiam alias excitare molestias de quibus nonnisi tum cu ipsae adsunt, certum iudicium facere licet. Summa autem auxilii in eo vertitur, ut medicus, quod ei obviu sit exemplum recte cognoscat atque intelligat; quae quidem cognitio, cum non aeque semper facilis sit, certam quandam regulam ac normam redigi non potest. Hoc autem constat, ad diagnosim recte facienda magno adiumento semper fore, cum quis in multa singulaque tumorum exempla inquisiverit et sedem cuiusq impedimenti quocum sibi res est, diligenter exploraverit. Hoc modo diagnosim si invenerit, facile quis, u versalibus quas ars obstetricia docet regulis adhibitis, aptissimam auxiliandi viam ingredietur et recte di dicabit, num ad removendam difficultatem artis auxiliis, velut forcipe, versione, extractione, sacculi tumoris concisione opus sit. Sectionis autem caesareae nonnisi tum, ut rectissime ait *Kilian* [2]), iustus usus esse p est, si simul pelvis exstat angustissima. Inprimis autem, *Hohlio* [3]) vere sentiente, si eiusmodi tumores occu runt, ad infantis magnitudinem, ad situm, ambitum, mobilitatem sacculi et tumoris respiciatur necesse est. Hoc sponte intelligitur, hic non negligenda esse etiam omnia illa quae partum commorantur sani infantis potius omnino fieri vetant. Antequam vero medicus, omnino ut removeatur impedimentum, ne a sanguinea q dem via abstinendi consilium ceperit, omnia illa et naturae et artis remedia leniora ei experienda sunt; hau quaquam autem contemnat, potius quamdiu fieri potest, recurrat ad opem illam quae naturae benignitate p sita est in structura et conformatione apparatus genitalis, speciatim, *Kiliano* [4]) sapienter monente, amplum ill spatium quod in pelvi bene formata, excavato osse sacro, licet nancisci, ita in usum vocet, ut ab eodem tum excipiatur. Tale vero commodum omnino tollitur, si una cum infantis magnitudine angustiae pelvis co iunctae sunt. Item infantis illa conversio, ut a *Sieboldio* [5]) suadetur, non semper licebit, quoniam etiam alia parte pelvis tumor potest inveniri. Singillatim de omnibus his rebus agere nolo, neque illud expone quodnam semper remedium artis aptissimum esse indicetur. Talia e libris qui de universa arte obstetri sunt, disci possunt. Egregium est in hoc genere *Hohlii* [6]) illud opus.

Nunc me verto ad enarrandam historiam illius exempli [7]) cuius iam p. 5 mentionem iniecimus.

---

1) L. c. p. 296.

2) L. c. t. II. p. 438.

3) L. c. p. 302.

4) L. c. t. II. p. 438.

5) Ed. C. J. von Siebold, Lehrbuch der Geburtshülfe. 1841. p. 351.

6) L. c. p. 302.

7) De hoc exemplo me praevertens primus disseruit *J. F. H. Albers*, Prof. Bonnensis (cf. Wiener mediz. Woch-schrift No. 26. et 27. Jahrg. 1851. et Schmidt's Jahrbücher, No. 3. p. 338, Jahrg. 1852.). Huius tamen descriptio latui

Casus tertius.

(Vid. tab. III.)

Ioannis Muelleri Bonnensis uxor cui pluries antehac nihil obstitit ad partum edendum, a. 1850 die de-
no nono mensis Decembris mane puellam peperit clunibus praeviis, alioqui maturam et sanam.

Partu incipiente, per abdominis integumenta rotunda quaedam pars poterat persentisci capite ipso maior; aeterea secunda quaedam pars item rotunda quae infantis caput esse cognita est, in regione spinae dextrae sup. terior. sita. In inferiore sinistro abdomine parvae fetus partes sensae sunt, i. e. pedes. Soni cordis in re-
ne dextra umbilicali (tres palmas ab umbilico ipso) clare auditi. Quae cum ita essent, extra dubitationem situm erat, quin fetus in hemicyclii forma situs esset aut pedibus aut clunibus praeviis. Os uterinum hanc buit magnitudinem, ut laminam argenti quinque grossorum excipere posset; margines eiusdem languidi fue-
nt; membranae ovi contentae; aliae partes fetales distingui nequiverunt. Femina monita est, ut situ la-
ali uteretur et quiete se haberet. Hora decima et dimidia vespertina diei duodevigesimi liquores amnii lar-
er defluxerunt. Dolores adhuc sat vehementes paullatim imminuti sunt, cum mater cohorruerit liquorem nii pro sanguine habens; 5 doses gr. VI. secal. cornut. praep. nullam vim habuerunt ad dolores angendos. m demum operatio suscepta est. Tota manus inducta; pars praevia certo cognosci non potuit; eam esse coccygis vel potius clunem sinistram disquisitione externa non potuit non coniici. Sed qualis fuit tactu ec pars! Rotunda, laevis, fluctuans, tanquam membrana brevi diruptura; orificium ani vix, flexura ossis noris in regione inguinali nullo pacto attingi potuit. Clunes praeviae tota manu, ut extraherentur, com-
ehensae obsecutae non sunt; dolores omnino defuerunt. Tandem, media nocte, ingenti dedita opera effectum , ut pars praevia protracta magis in lucem prodire posset. Tumor adfuit rotundus, caeruleo-rubidus qui gionem sacralem deformabat. Extractio continuata: funiculus umbilicalis subligatus, brachia soluta, caput tractum. Puella mortuae habuit speciem. Balneo aëris et aspersionibus aquae frigidae ad vitam vocata est. riodus secundarum nullo pacto disturbata; mater, pro re nata, bene se habuit.

Quod ex pariundi ratione conspicitur, impedimenta quae obstiterunt, non leviora fuerunt; attamen even-
talis fuit, ut leniore quam sanguinea operatione adhibita omnis difficultas superaretur. Naturae conami-
us tum demum auxilio ventum est, atque optimo iure tum quidem, cum sola per se bonum partus exitum ducere illa non viderentur, sive potius cum uteri vires consumptae monerent, ut artis remedia adhiberentur.

Tumoris habitus, partu quinque minutas perfecto, hic fuit:

In infima parte ossis sacri tumor conspectus est oblongus et rotundus cuius magnitudo in peripheria periore fuit 9″ 8‴, in laterali, i. e. mensura facta a parte dextra sinistram versus, 6″ 8‴; tumor ipse t fluctuans, astrictus, caeruleo-rubidus, pressui quo scrobiculi exstiterunt aliquatenus obsequens. Ubi pri-
m desiit pressus, eadem tumoris species redit. In cerebro, quoad potuit cognosci, nullum serum fuit; ex-
mitates non claudicarunt; corpus alioqui bene conformatum.

Quamvis facile quis in ea fuisset opinione, ut spina bifida hic esset statuenda, tamen, diligenti compara-
ne instituta diagnosticarum notionum tumorum omnium qui in regione sacrali locum habere possunt, dubi-
tionis nil restitit, quin hic inveniretur hygroma cysticum congenitum sacrale.

$^{21}/_{12}$. 50. Mater bene se habet; alvus ut solveretur, datum est Ol. Ricini. Puella bonam habet spe-
m, mammam libens sugit, rite clamat, nec ullum, si fasciis involuta est, vitii alicuius signum prae se fe-
s; infantis sanae consimilis. Tumor hic illic nigro colore est pluribusque locis apertus e quibus liquores rie colorati effluunt; tumori quem infans prorsus ut caudam movet, simplices membranulae unguento plici illitae, impositae sunt. — $^{8}/_{1}$. 51. Tumoris ambitus semper idem; venae perlucidiores, praecipue sis manifesta in osse sacro. Duo loci quorum duplex laminae decem grossorum magnitudo est, profundiorem

---

letur Drem. *Lehmann* qui superiore anno munere assistentis in clinico obstetricio perfunctus est quique idem exemplum tra-
vit (cf. Deutsche Klinik No. 18, p. 202. 1852.). Quorum neuter disquisitioni suae addidit tabulam quam ego mihi vi-
r aptissime adiecisse, ut casus iusta illustratione ornaretur ac melius perspici posset.

situm habent epidermi carentes; surgit clivulus magnitudine nucis iuglandis; qui cum ipse et quod in circuitu prematur, infans vagire solet; effluit liquor flavi vel nucei coloris; omnino toti huic regioni proprius ille co est. Tertius est locus qui item brevi sponte aperietur. Ubique tumor astrictam prae se fert consistentiam; haesit vesicula liquoris plena; puella bene nutrita est et quantum ex specie iudicari licet, sana. — $^{14}/_{1}$. I rum hodie ambitus mensura facta est, peripheria superior fuit $11^1/_2''$, lateralis $7^1/_2''$, resistentia fortior; d apertiones quarum altera fuit magnitudine Imperialis, altera thaleri quibusque tumuli fuerunt forma sectio sphaericae. Nihil secernitur; superficies caerulea. — $^{27}/_{1}$. Accuratissimae hodie institutae perscrutationis sponsum hoc fuit:

Tumor initium facit inde a prima vertebra ossis sacri, tum transiit deorsum duos totos pollices trans coccygis, deinde aeque utroqueversus exporrigitur in totam fere latitudinem coxarum. Quae obtegit cutis, partim ceum partim caeruleum colorem habet, extenuata est ac praecipue in parte inferiore nitida et multis dilatatis venis perfusa. In medio tumore, i. e. utrobique prope lineam corporis mediam pars quaedam exstat in qua tis gangraena corrupta est; inter utramque partem modo angustus cutis est, quasi pons, admodum tensa, cu latitudo dimidii fere pollicis. Qui in latere dextro cuti caret locus, longitudinalem habet diametrum duor fere pollicum; latitudinalem unius et dimidii; similis ille in latere sinistro locus longus est $2^1/_2$ pollices, la unum et tres quartantes. Ex duabus his partibus prominet massa quaedam sphaerica quae in superficie gibbosa est ac singulas maiores minoresque partes aut eminentes aut profundas habet; partes eminentes rul anulo videntur inclusae; massa nec tactu nec pressu sanguinem effundit aut indolet; eius in superfi liquor subalbidus, subgrandis, lymphae similis secernitur. Reliqua superficiei pars pariter hic illic habet par eminentes aut recessus sat magnos. Tumoris basis exporrigitur per viginti quatuor fere centimetros; lin per axem longitudinalem corporis super tumorem ab altera parte ad contrariam ducta magnitudinem habet l centrimetrr.; similis per regionem diametri coxarum ducta magna est 19 centimetros. Tumor facile hic i potest moveri, facillime autem latera versus, minus commode sursum aut deorsum; pressu non imminuitur, infa clamore non augetur; totius tumoris fluctuatio non adest; parti alicui tumoris si digitus imponitur et in a contraria percutitur, nulla observatur fluctuatio; manifesto autem sentitur talis in inferiore tumore, toto fere Im rialis circuitu. In sinistrum locum cute carentem inquirenti in profundo aliqua certe nec tamen aperta fluctu apparet. Ceterum condicio infantis bona; mammam libens excipit; haud macrescit, quamvis per quatuor polli quadratos gangraena cutem vitiavit. Secretiones universae sunt normales, crurum motiones minime impedit convulsiones vel aliae affectiones medullae spinalis nondum inciderunt; infans in dorso plerumque iacet, quo qui situ novum symptoma nullum provocatur; somnus quietus. Quae cum omnia ita essent, prioris diagnosis veritas magis extra dubitationem posita est. — $^{10}/_{2}$. 51. Postquam virium infantis status sat aptus adhuc, ac libens, t videbatur, ciborum usus fuit: nunc incidit condicionis commutatio; nam nihilo fere puella vescitur, mamm repudiat, quare proximis his diebus facies fit miserrima; plures tumoris cystes evacuatae sunt. Superfi cutem gangraena prorsus obesit. — $^{17}/_{2}$. 51. Attentum nonnullos iam per dies fugere non potuit, quin nat quae sola alias compluries hygromatum sacralium sanationem effecisse fertur, omne in nostro exemplo re-gatura sit auxilium, quare matura infantis mors ambigua non fuit; neque haec diu exspectata est, eten hodie infans universo marasmo succubuit.

Eventum sectionis quae duodecimo die post instituta est, benevole mecum communicavit qui praesens *Albers* Prof. (Cadaver tamdiu in spiritu vini fuit asservatum).

„Post mortem tumor paullulum tantum collapsus sine vicinarum partium laesione e toto circuitu po excidi. Cutis ubique fuit vitiata; in superficie cystes inventae sunt quarum non eadem fuit magnitudo. Su cystibus easdemque inter ipsas aggregatae fuerunt materiae, varie illae coloratae. Vicini musculi glu atrophici lateralem et decrescentem tumoris processum effinxerunt. Praeter dextram tumoris partem pa plexus ischiadicus, nullibi ille mancus; idem etiam in sinistra parte, quatenus adfuit, plane effictus fuit, particula eius tumorem ipsum penetravit. Ossa coccygea imminuta quidem, sed tamen perfecta: quae eadem condicio vertebrarum. Situs autem tumoris fuit hic: Tumor medium spatium inter ambo ossia is occupavit quorum sinistrum paullulum repulsum, complanatum vel fortasse impeditum fuit, quominus perfi-retur. Parti superiori tumoris adhaeserunt ossa coccygea; inferior longe prominuit super anum qui hoc m partem anteriorem versus ante tumorem fuit. Alte igitur tumor penetravit propinquas partes, ut peritonae

posteriore pelvis pariete attingeret, et ante eum positum esset intestinum rectum quod normale ipsum tela ulosa cum tumore coniunctum fuit, sed facile potuit rescindi. Tumoris ipsius haec condicio: Constat ex dua- diversis telis, I. ex vesicis, II. ex densa quadam tela in qua resident et originem habent vesicae quarum par est magnitudo. Omnes in eisdem conspiciuntur gradus inde ab ambitu capituli acus usque ad magnitu- em parvi cuiusdam pomi. Foras i. e. in propinquitate cutis maiorum vesicarum locus est; introrsum, sci- t pelvim et peritonaeum versus, minorum. Maiores constant e membrana et liquore subflavo et turbido. ae interior est laevis membrana ad liquorem conversa dupliciter discerni potest; altera membrana est inferior laevis, altera exterior qua tota et ubique continetur tela cellulosa. Minores vesicae incluserunt liquorem gis adiposum quam maiores; illarum parietes in quatuor membranas licuit distrahere, inprimis eis locis quibus ae cum densa illa ac fibrosa tela tam late coniunctae fuerunt, ut exterior earundem pars prorsus in hanc m transierit eandemque speciem prae se tulerit. Haec tela cum supposita sit microscopio, (amplificatio fuit) diamett.) introrsum observata sunt ampla et rotunda spatia quae eundem ac vesicae adiposae ambitum, ili amplificatione adhibita, habuerunt. Quae pertransivit structura maculis distincta, constitit ex tenui et unda tela cellulosa; eadem condicio fuit durae illius telae quae exteriorem partem versus obtexit tumorem circumscripsit; etiam cystibus eadem fuit tela. In his autem spatiis caeruleus nitideque perlucens liquor fuit. sa universa in parte exteriore sita hinc ramos sat magnos in duras tumoris telas immiserunt."

Magnam igitur propinquarum partium anomaliam qualem *Meckel*, *Heineken*, *Saxtorph*, *Otto*, *Himly*, *effler* se dicunt observasse [1]), sectio nostri exempli non exhibuit. Nam quod musculi glutaei paullulum ophici et ossa coccygea imminuta fuerunt: tale quid in omnibus fere hygromatis perinealibus invenitur. nctiones medullae spinalis, motiones membrorum, solutio alvi et emissio urinae etiam in vita plane norma- fuerunt, quod idem fere in reliquis quae occurrerunt exemplis, accidit. Infantis igitur mors non tam tu- re ipso adducta videtur quam posteriore rerum commutatione i. e. suppuratione in locis gangraenosis orta effectum est, ut infans omnino aegrotaret ac necessario sensim interiret.

Uti autem ad curationem redeam quae in nostro exemplo adhibita est, probata fuisse videtur nonnullo- n auctorum sententia e qua soli naturae omnia tribuenda sunt. Ego adstipulor, modo ne periculosa sym- mata adsint, velut impeditio alvi vel urinae. Tale quid si occurrit, modo sufficiant infantis vires, aliquod amen non solum monetur sed quodammodo flagitatur. Haud prosperum eventum nacti sunt *Himly* et *Hei- ken* primum punctione, deinde incisione in hygromatis perinealibus adhibita; nam orta est in tumore exitiosa ies quam mors brevi insecuta. Prospere vero *Osiander* et *Loeffler* exstirpationem usurparunt. Omnino em assentior *Wernhero* [2]) qui nonnisi in summo rerum discrimine atque omni aliunde auxilio deficiente, c curandi via probari posse censeat.

Appendix.

Descriptio lipomatis hydatoidis congeniti.

Venio nunc ad describendum quartum quoddam exemplum, non hygroma illud quidem, sed cognatum ac ile pseudoplasma, dico *lipoma hydatoides:* eo magis memoratu dignum, quod puerulus tenellus optimo suc- su operationem sustinuit.

Non est autem, quod pluribus explicetur, lipomata tum ante partum tum post eum cooriri diversis aetati- s variisque corporis locis, praecipue vero sedem habere in tela adiposa sub cute, in trunco, saepissime in meris, in clunibus, etiam in facie inque extremitatibus, in interioribus corporis partibus, maxime in omento.

---

1) *Wernher* l. c. p. 29.

2) L. c. p. 91.

Praeterea illud quoque notum est, plus minusve eadem accrescere magnumque circuitum nancisci, et magis sexu femineo adhaerere. Neque illud quis miretur tanquam insoliti quiddam, quod, ut docet nostrum exemplum, in veniuntur lipomata cum cystibus coniuncta. Plura praebent pathologici libri a *Vogelio* et *Rokitanskyo* com positi, quare quam universe de his rebus agere, statim ad proponendum exemplum ipsum aggredi malo.

Casus quartus.

Anno 1834 die 20. mensis Iulii clinico chirurgico in curationem traditus est *Christianus Mueller*, pue duos menses dimidiumque natus, robustus, bene altus, in dorso affectus tumore cui magnitudo fuit ovi gallina cei; pueri primigeniti parentes ambo sani fuerunt, iuvenili adhuc aetate; matri gravidae nullum, ut ipsa dice bat, malum accidit. Tam velociter auctus est tumor, ut eodem illo die longitudinalis eius diametros columna vertebrali parallelos fuerit 5″, transversa $4\frac{1}{2}$″, totus autem ambitus 14″. Tumor dimidiam fere dorsi dext partem occupans tactu non manifesto fluctuans fuit et paullulum potuit comprimi. Lipoma hic obversari decla ratum est. Quoniam vero adeo celeriter pseudoplasma accrevit, curandi via nullo modo dubia esse potui Etiamsi pueri aetas tenera fuit ac tantus tumoris ambitus, tamen nonnisi exstirpatione auxilium quaeri potui Hanc igitur rationem adhibuit cl. *Wutzer* die vigesimo primo mensis Iulii. Incisione per crucis formam fact cooperientes membranae dissolutae sunt. Multae hydatides quibus magnitudo fuit infra fabam et nucem iuglande quibusque continebatur liquor albumini similis, e vulnere foras prodierunt. Hoc modo factum est, ut, spatio coa tato, pars tantummodo pseudoplasmatis sese evolvere potuerit. Cognitum est, nucleum tumoris constare e dens adipe cuius partes exteriores paullatim emollitae tenuem et fere pellucidam telam cellulosam incluserunt. Ha in tela partim parva molliaque fuerunt corpuscula adiposa partim illae hydatides. Posteriores has manifest effecerat altior quidam gradus formationis anomalae quae hic locum habuerat; ibi in summo culmine parasiti versabatur. Num vero hydatides in acinis telae adiposae originem habuerint, ratione anatomica non potuit de monstrari. Praeter opinionem puer gravem operationem fortiter sustinuit, nisi quod primo et secundo po exstirpationem die paullulum inquietus fuit ac continuo paene vagivit. Postea nil abnorme fuit, immo vulner tam celeriter conglutinatio inchoavit ac processit, ut puer decimo iam die mensis Augusti, cum perfecta pr pemodum esset cicatrix, e clinico potuerit emitti.

Proposito autem hoc exemplo in quo tam laetus successus operationem secutus est, huic commentatio finem imponam rogans enixissime, ut de ea lene et aequum benigni lectores faciant iudicium.

Explicatio tabularum.

Tab. I. Exhibetur tumoris condicio post mortem infantis (vid. p. 6.). Res ut melius intelligatur, medias per cyst inter se communicantes specillum est perductum.

Tab. II. Fig. I. Exhibetur tumoris condicio, ubi primum infans (vid. p. 11.) in clinicum chirurgicum susceptus est. Tumore raphe in duas partes distribuit.

Fig. II. Exhibetur excisi pseudoplasmatis (vid. p. 14.) prospectus interior qui ad maxillam inferiorem conversus es

a) In parte anteriore et exteriore dissecta materia adiposa qua cystis prima operatione collapsa circumdatur; materia ipsa perfusa est fibrosa tela *c*) exeunte e cyste illa.

d) Ossa et duo dentes molares *e*) et *f*) quorum alter per folliculum *g*) matrici insidet.

h) Periosteon ab osse seiunctum.

i) Tela fibroso-lipomatosa quae os circumdat et praecipue in interiore et posteriore parte vasculosa est.

Tab. III. Exhibetur condicio tumoris post mortem eius infantis de qua (p. 21.) scriptum est.

Pag. 5. lin. 22. l. *cystoides* pro cystoidum.

VITA.

Fridericus Iosephus Hubertus Gilles natus sum in pago *Rath* prope *Duesseldorpium* sito die XIII. mensis Septembris anni MDCCCXXV, patre *Iosepho Gilles* et matre *Maria* e gente *Muenchs*. Pater te quattuordecim annos praematura morte mihi abreptus, mater autem Dei optimi maximi benevolentia mihi hunc usque diem servata est. Fide catholica educatus sum. Institutionis rudimenta in schola privata octus primum Collegium *Novesiense* tum Gymnasium *Duesseldorpiense* deinde *Susatense* petivi, unde timonio maturitatis munitus ad hanc universitatem me contuli. A rectore t. t. magnifico *van Calker* mense tobri anni MDCCCXLVII inter cives academicos receptus apud cl. *Weber*, decanum t. t. spectatissimum atiosi medicorum Ordinis nomen professus sum. Praeceptores autem qui per quinquennii fere spatium stu-rum mihi duces fuere, hi sunt viri illustrissimi: *Albers*, *E. Bischoff*, *G. Bischof*, *Budge*, *van Calker*, *rless*, *Hoppe*, *Kilian*, *Mayer*, *Nasse*, *Naumann*, *Noeggerath*, *Schaafhausen*, *Treviranus*, *Weber*, *utzer*.

Quibus omnibus optime de me meritis gratias habeo quam possum maximas inque perpetuum habebo. stat ut Dri. *Schaeffer* viro cl. qui complures per annos primi assistentis in clinico chirurgico locum tenuit, o liberalitate et familiaritate qua studia mea adiuvit, ingenue ac sincere animum testificer gratissimum.

THESES.

I.

Helminthiasis ab incipiente hydrocephalo acuto nonnisi difficile dignosci potest.

II.

Sunt certa fetus in utero mortui signa.

III.

Aërotractor a Simpsono inventus non est commendabilis.

IV.


Loborum conformatio in amputando crure vel antibrachio circumcisioni saepenumero praeferenda est.

V.

Fungus medullaris exstirpatione non sanatur.

VI.

Opium pulv. in cura externa ulcerum cancrosorum non est reiiciendum.



...ler ad nat. del. Lith. v. Henry & Cohen in Bonn.

Ta



Fig. 1.

ad. nat. del.




Fig. 2.

C. O Weber ad nat del.

